UNGEDRUCKTE WISSENSCHAFTLICHE CORRESPONDENZ ZWISCHEN...

Johannes Kepler, Johann Georg Herwart von Hohenburg

UNGEDRUCKTE WISSENSCHAFTLICHE CORRESPONDENZ

ZWISCHEN

JOHANN KEPLER

UND

HERWART VON HOHENBURG.

1599.

ERGÄNZUNG ZU: KEPLERI OPERA OMNIA, ED. CHR. FRISCH.

NACH DEN MSS. ZU MÜNCHEN UND PULKOWA EDIRT

VON

C. ANSCHÜTZ.

SEPARATABDRUCK AUS DEN SITZUNGSBERICHTEN DER KÖNIGL. BÖHM. GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN.

PRAG.
IN COMMISSION BEI VICTOR DIETZ IN ALTENBURG (SACHSEN-A.)
1886.

VORGELEGT IN DER SITZUNG DER MATHEMATISCH-NATURWISSENSCHAFTLICHEN CLASSE DER KÖN. BÖHM. GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN IN PRAG, AM 10. JULI 1885.

DRUCK VON DR. ED. GRÉGR IN PRAG.

Einleitung.

Vortrag, gehalten in der Classensitzung der königl. böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften.

Der Herausgeber der „Opp. Omnia Kepleri", der k. württembergische Oberstudienrath Chr. v. Frisch († 29. März 1881), spricht an verschiedenen Stellen die Vermuthung aus, Kepler müsse im März, Mai und Juli 1599 Briefe an den bayrischen Kanzler Herwart von Hohenburg geschrieben haben. Seine Bemühungen, diese Briefe aufzufinden, waren jedoch erfolglos, so dass er sie als verloren bezeichnete.

Als ich nun den Cod. lat. 1607 der Münchner k. Staatsbibliothek durchsah, den ich Dank der Güte der beiderseitigen Bibliotheksverwaltungen hier vorzulegen die Ehre habe, fand ich drei umfangreiche Originalbriefe Keplers an Herwart vom Jahre 1599. Eine weitere Untersuchung zeigte zweifellos, dass gerade dieses die gesuchten Briefe seien.

Der erste derselben, datirt vom 9. und 10. April (cf. Opp. O. VIII, p. LIX.), stellt sich in seiner ersten Zeile schon als Antwort auf Herwarts Brief vom 10. März dar. Der zweite, datirt: Graz, den 30. Mai, ist die Antwort auf das Schreiben Herwarts vom 16. Mai. Der dritte endlich, vom 6. August, ist ebenfalls nach Einleitung und Inhalt die Erwiderung auf Herwarts Brief vom 20. Juli. An diesen schliesst sich dann unmittelbar der kurze Brief Herwarts vom 29. August an (Opp. O. V, pag. 20.).

Diese grosse Lücke im Briefwechsel Keplers ist somit ganz ausgefüllt, und die Vermuthungen Frisch's bestätigen sich in Bezug auf die Zeit der Abfassung der drei Briefe. Es erübrigt noch Frisch vor dem Vorwurfe der Ungenauigkeit zu schützen. Der handschriftliche, noch vorhandene Zettelkatalog der MSS. in München, welchen

Frisch benützte, weil der gedruckte Katalog erst nach seiner Bearbeitung dieses Zeitabschnittes erschien, enthält eine Lücke, indem der cod. lat. 1607 aus Versehen bei „Kepler“ nicht erwähnt ist, wohl aber cod. lat. 1608, den auch Frisch benützte.

Die mir zur vollständigen Erläuterung der Briefe noch fehlenden drei Schreiben Herwarts vom 10. März, 16. Mai und 20. Juli 1599, welche sich im 9. Bande der in Pulkowa aufbewahrten MSS. Keplers befinden, und von denen Frisch nur wenige Stellen mittheilt, hoffe ich durch die Güte des Herrn Geheimraths und Direktors der dortigen Sternwarte, Otto von Struve, zu erhalten *).

Die Briefe sind viel reichhaltiger, als Frisch vermuthet zu haben scheint, und dürften zu den längsten zählen, welche wir von Kepler besitzen. Leider gestattet mir die Zeit nicht, ihren Inhalt nach allen Seiten so zu besprechen, wie er in den Rahmen der bisher bekannten Schriften Keplers sich einfügt; ich muss mich auf eine kurze Übersicht beschränken, und im Übrigen auf die den Briefen beizugebenden Noten berufen.

Ich erwähne zuerst die chronologischen Fragen. Herwarts Briefwechsel mit Kepler begann überhaupt damit, dass Herwart ihm 1797 durch P. Christoph Grienberger S. J., Professor der Mathematik in Graz (Opp. O. I, 60.; cf. IV, 73.), eine Frage über Lucanus (Pharsalia I, 639 ssq.) vorlegen liess. Kepler wurde bald in einen so lebhaften Briefwechsel über solche Gegenstände verwickelt, dass er vergebliche Anstrengungen machte, sich loszuwinden (O. O. IV, 80; 84.), und am 29. Aug. 1599 an Maestlin schrieb (O. O. IV, 72.): „est Monachii .... Herwartus, qui solet hujusmodi studiose quaerere, qui profecto immanibus me laboribus excruciaret, ad ea omnia perficienda adigens, quae Crusius monuisset.“ Aber Alles half Nichts. Die oben erwähnte Frage kommt noch im zweiten der neuen Briefe vor; und ein indessen neu hinzugekommenes Thema: „de die natali Octaviani“ gibt Kepler Gelegenheit, seine Kenntnisse in den Klassikern, in denen er eine bedeutende Belesenheit zeigt, sowie seine

*) Der Herr Geheimrath von Struve hat meiner Bitte in einer Weise entsprochen, wie ich es nicht erwarten konnte. Er nahm auf einer Reise nach Deutschland selbst den Codex mit sich, und versetzte mich so in die vortheilhafte Lage, von demselben auf der Sternwarte in Leipzig persönlich Einsicht nehmen zu können. Ich erachte es als meine Pflicht, ihm für diese ausserordentliche Zuvorkommenheit meinen verbindlichsten Dank auszusprechen. Zugleich benütze ich diese Gelegenheit, um auch den Herren an der Leipziger Sternwarte, besonders dem Herrn Dr. Peter, für die freundliche Aufnahme zu danken, welche ich bei ihnen fand.

Kenntniss des Alterthums zu verwerthen. Auch die Astrologie wird zu Hülfe genommen, um aus den betreffenden Stellen der Klassiker und den Berechnungen der „Nativität" Tag und Stunde der Geburt zu bestimmen. Vielleicht gab diese erzwungene Beschäftigung die Veranlassung zu Keplers chronologischen Schriften ab.

Ich verlasse dieses Thema, um zu Wichtigerem zu eilen.

Die Frage „de declinatione magnetis" ward zuerst von Herwart am 10. März 1598 angeregt. Ausser Keplers Antwort hierauf findet sich in den bisher bekannten Quellen nur Weniges für 1599. Ich kann dagegen feststellen, dass Kepler in diesem Jahre in hervorragender Weise dafür interessirt war. Hervorgerufen wurde dieses Interesse durch die 1598 erschienene „Historia navigationis in Arctum" von Gerard van Veer. Kepler erwähnt dieselbe schon im ersten P. S. des ersten Briefes, indem er zugleich Angaben über die magnetische Deklination in Portugal sich von Herwart erbittet, welcher Bitte dieser entsprach. Schon hier spricht Kepler die Hypothese aus: „Die Magnetnadel zeige auf jenen Punkt der Erde, welcher bei Erschaffung der Erde ihr Pol war"; und später auch: „die magnetische Kraft sei derselben Art (ex eorum genere), wie die Schwerkraft." Die Beobachtungen, welche in dem erwähnten Büchlein enthalten sind, geben ihm durch die folgenden Briefe (II und III) reichlich Gelegenheit, diese Frage eingehend zu studiren, und er gesteht im zweiten Briefe: „totus in hac materia versor, si forte certi quid constitui possit." Kepler setzte diese Studien noch einige Zeit fort; aber ihr geringer Erfolg erhellt aus einer Note (134) zu seinem: „Somnium astronomicum" (O. O. VIII., 54.), wo er an der Möglichkeit verzweifelt, den magnetischen Nordpol zu bestimmen.

Dasselbe Büchlein gab auch Anlass zur Erörterung der Frage „de parallaxi physica" (von der Strahlenbrechung). Herwart hatte darüber an verschiedene Astronomen geschrieben. Kepler verficht seine Ansicht (Brief III), welche viel Richtiges enthält, zeigt aber dabei noch etwas alterthümliche Ansichten über die Athmosphäre.

Ich komme nun zu den astronomischen Erörterungen.

Im „Prognosticon" für 1599 (O. O. I, 401.) hatte Kepler im Anhang sehr kühn eine gründliche Verbesserung der Berechnung der Finsternisse in Aussicht gestellt, ja behauptet, er habe schon ein „besonder Traktätl" geschrieben. An Maestlin schreibt er jedoch: „magna sum usus immodestia, si prodeat hoc prognosticum in Germaniam. Audacter polliceor, ostendere me posse tractatum integrum de ea (de eclipsi ⊙ anni 1597 sc.); qualis vero tractatus? Nullus

adhuc, si verum fatear." Es mag ihm daher etwas unangenehm gewesen sein, als sich Herwart schon am 2. Jan. 1599 an ihn um nähere Erklärungen wandte. In dem sich entspinnenden Briefwechsel nimmt der erste der neuen Briefe die zweite Stelle ein. Auch dieser enthält noch Entschuldigungen: „Itaque de mea temeritate, jactandi in publicum, quae privatim vix bene somniavi, malim me tibi excusare, juvenilem ardorem incusans, quam rationem reddere." Indessen hatte Kepler einen Rückzug auf Tycho Brahe gefunden, den er auch antrat. Daher fügte er als P. S. einen Auszug aus einem Briefe Tycho's an Maestlin bei, den er mit Noten begleitet. Indem er dann im Übrigen ziemlich glücklich auf die von Herwart namhaft gemachten Schwierigkeiten antwortet, und endlich die Sache sehr geschickt auf mehr allgemeine Erörterungen ablenkt, zieht er sich aus der Verlegenheit. Einige andere verwandte Themate übergehe ich.

Bei allen Lobsprüchen, welche Kepler Tycho Brahe reichlichst spendet, kann er doch nicht umhin, an verschiedenen Stellen auf die geringere Wahrscheinlichkeit der Hypothesen Tycho's hinzuweisen. Er bekennt sich auch offen als begeisterten Anhänger des Kopernikus (Brief II).

Veranlassung zu diesen Erklärungen bot das Buch des Reimarus Ursus: „de hypothesibus", über welches Herwart am 16. Mai seine Ansicht zu erfahren wünscht. Ursus hatte nämlich einen Brief Keplers, welchen dieser einige Jahre vorher an ihn gerichtet hatte, und der in der That einer Lobeshymne ähnlich sieht, gleichsam als Rechtfertigung seinem Pamphlet wider Tycho vorgedruckt. Kepler fühlt daher vor Allem das Bedürfniss, sich wegen dieses Briefes zu entschuldigen. Dann ergreift er für Tycho Partei gegen Ursus, und widerlegt dessen Behauptungen, stellenweise in sehr gereiztem Tone. Doch lässt er in andern Stücken auch den Kenntnissen desselben Gerechtigkeit widerfahren. Die ganze Auseinandersetzung ist sehr belehrend über Ursprung und Gegenstand des Streites.

Ich muss nun eine der schwierigsten Fragen in der Beurtheilung Keplers berühren, nämlich seine Ansichten über Astrologie. Kepler hat nämlich der Mode der Zeit reichlich Rechnung getragen. Seine eigentliche Gesinnung kommt jedoch hie und da Vertrauten gegenüber zum Vorschein. So schreibt er an Maestlin (O. O. I, 49.): „Quamvis, si Deus cuilibet animali dedit instrumenta vitae conservandae, quae invidia est, si eodem consilio Astronomo adjungit astrologiam?" Und in der 7. These seines „Tertius interveniens" (O. O. I, 560.) lesen wir: „Es ist wohl diese Astrologia ein närrisches Töchterlin, aber,

lieber Gott, wo wolt ihr Mutter, die hochvernünfftige Astronomia bleiben, wann sie diese ihre närrische Tochter nit hette. . . . . . Und seind sonsten der Mathematicorum salaria so seltzam und so gering, dass die Mutter gewisslich Hunger leyden müsste, wann die Tochter nichts erwürbe." Schreibt Kepler selbst so von den unsinnigen Nativitäten und Horoskopen, so scheint es mir auch andererseits zu weit gegangen, wenn man rundweg Kepler jeden Glauben an die Astrologie abspricht, und die Behauptung aufstellt, er habe nur einer feineren Mystik gehuldigt. Die richtige Mitte hat hier wiederum Frisch, der ausgezeichnete Kenner der Werke Keplers, getroffen; seine Ansicht, welcher er (O. O. I, 292.) in der Einleitung zu den astrologischen Schriften Keplers Ausdruck verleiht, fand ich in diesen neuen Briefen, die sehr viel hieher gehöriges Material enthalten, im Ganzen und im Einzelnen bestätigt. Ich werde an den betreffenden Stellen in den Noten darauf hinweisen.

Um seine astrologischen Ansichten gegen die Angriffe Herwarts zu vertheidigen, arbeitete Kepler besonders darauf hin, einen bestimmten, auf geometrische und stereometrische Grundlagen gestützten Beweis für den engen Zusammenhang zwischen Astrologie und Musik (Brief II und III) aufzustellen. Dies führte ihn bald dahin, auch die Beziehungen zwischen den Elementen der Planetenbahnen und den musikalischen Harmonieen zu untersuchen, und in diesen Studien, welche sich im 3. Briefe finden, haben wir den ersten Keim eines seiner berühmtesten Werke, der „Harmonia mundi", vor uns. Frisch bezeichnete den Brief an Maestlin vom 29. August 1599 als: „primordia huius disputationis subtilis et abstrusae" (O. O. I, 197.); allein schon am 6. August schrieb Kepler an Herwart: „Addo nunc et aliud non minus jucundum *θεώρημα*, quod interea, dum nuntius it, redit, inveni: idque ideo, ut testem habeam meorum laborum et promotorem, si forte vitâ decedam ante tempus." Dann bespricht er den Gegenstand. In seiner Antwort muntert ihn Herwart auf fortzufahren (O. O. V, 20.), bezeichnet ihm die Mängel, welche zu verbessern seien, und gibt ihm neue Ideen.

Dieses wäre in Kürze der Inhalt der Briefe. Einige biographisch interessante Stellen finden sich noch in denselben zerstreut; ich verweise jedoch dieselben in die Anmerkungen, um Ihre Geduld nicht zu lange in Anspruch zu nehmen.

Ich füge noch einige Bemerkungen hinzu, wie ich den Druck des Textes einrichten zu müssen glaubte. Ich habe mich bemüht, alle Eigenthümlichkeiten des Originals wiederzugeben, ohne einerseits die Anmerkungen zu sehr zu vermehren, und ohne andererseits den Text in störender Weise zu unterbrechen.

Was Erstere betrifft, so befinden sich nur solche Anmerkungen, welche textkritischer Natur sind, unter dem Text, die sachlichen Erläuterungen folgen am Schlusse des dritten Briefes; beide Arten beziehen sich auf die Marginalnummern der Zeilen.

Die Anmerkungen unter dem Text enthalten ausser Bemerkungen, welche sich nicht kurz andeuten liessen, die roth geschriebenen Randbemerkungen Herwart's von Hohenburg, welche als N. H. = Nota Herwarti bezeichnet sind.

Im Text selbst wurde die Paginirung des Codex **fett** gedruckt. Dieselbe ist eine doppelte. Ich habe die Ziffern mit den Buchstaben: f. (= folium), und p. (= pagina) an der Stelle in den Text eingeschaltet, wo das betreffende Blatt, bez. die betreffende Seite beginnt.

Kepler pflegt jede erste Zeile einer neuen Seite, ferner mit wenigen Ausnahmen jede erste Zeile eines alinea mit grösseren Buchstaben zu schreiben. Ich habe dieses nicht berücksichtigt; dagegen sind Stellen mitten im Texte, welche Kepler durch grössere Schrift hervorhob, gesperrt gedruckt.

Die mit liegender Schrift gesetzten Stellen sind im Original von Herwart mit rother Tinte unterstrichen. Worte oder Sätze, welche Kepler auf den Rand schrieb, habe ich in — .... — eingeschlossen. Meistens ist die Stelle, an welcher sie einzufügen sind, von Kepler selbst bezeichnet; im anderen Falle wurde es in der Anmerkung bemerkt.

Stellen, welche in runde Klammern eingeschlossen sind, sind auch im Original von Kepler in Klammern gesetzt.

Dagegen habe ich die eckigen Klammern ausschliesslich für textkritische Noten bestimmt, damit man sie beim Lesen einfach übergehen könne.

Von diesen Noten enthalten jene, welche mit gewöhnlicher Schrift gesetzt sind, im Original ausgestrichene, aber noch lesbare Stellen. Mit kleinerer Schrift gesetzt sind folgende:

[korr. aus ....] bezeichnet die ursprüngliche Lesart, welche abgeändert wurde.

[K.] bezeichnet eine unleserliche oder unbedeutende Korrektur.

[1d.] [2d.] u. s. w. = „1 darüber“ bezeichnet, dass eines, zwei u. s. w. der vorhergehenden Worte über die Zeile geschrieben sind.

[sic] bedeutet nur, dass das Wort sich so im Original findet, wie es gedruckt ist.

Blosse Nachbesserungen von Buchstaben, ebenso blosse Schreibfehler (wie: fxas statt fixas) blieben unerwähnt.

Die Briefe sind currente calamo geschrieben; Orthographie und Interpunktion sind daher nicht konsequent, oft störend, z. B. „ad quem collati Ptolomaeus Alphonsini, Copernicus, pueri censeri possunt.“ Ich habe mir erlaubt, die Interpunktion so zu ändern, dass der Sinn deutlich hervortrete. Auch die Orthographie ist willkürlich und unmotivirt; so z. B. finden sich Stellen wie: „Et respexerunt illi fortasse potissimum ad Eclipses Vernales, sicut Copernicus ad aestivas et Hybernas. Hinc illi in aestivis et Hybernis, Copernicus in vernalibus et Autumnalibus errant;“ oder: „in mercatore“ (Eigenname); „ubi polus Elevatur“; „Reginae angliae“ u. s. w. Ich habe nur die astronomischen Eigennamen und die hievon abgeleiteten Adjektiva mit grossen Anfangsbuchstaben gelassen, weil Kepler sie auch in andern Werken meistens so schrieb.

Epistola I.

S.

f. 98. p. 150. Literas tuas, Vir magnifice et doctissime, 10. Martii scriptas, 6. Aprilis accepi. Multas in iis moves quaestiones; ex iis, quae labore et calculatione opus habent, in praesentia differam, cum hoc biduo, quod mihi tabellarius indixit, cum alia tum sacra tractanda sint: quae vero praesenti memoria possunt exsolvi, leviter attingam, non quidem, quod tantopere te mea opera opus habere existimem: cujus et promptitudinem memoriae et industriam lectionis et dexteritatem praecipue in judicando, cum antea saepe, tum maxime in his literis et in quaestione de natali Octavii perspexi: sed quia te confabulationibus istiusmodi literariis delectari video. Nisi enim huc te natura et genius tuus raperet, jam pridem tibi litera haec mea perquam inelegans silentium persuasisset.

Primam quaestionem moves de eclipsium calculo, cujus reformationem a me tentatam cum gaudeas, objicis tamen experientiam et observationes. Itaque de mea temeritate, jactandi in publicum, quae privatim vix bene somniavi, malim me tibi excusare, juvenilem ardorem incusans, quam rationem reddere. Nam quid ego inter artifices, qui diu jam exercitati et ab observationibus instructi sunt?

Taceant omnes, et *Tychoni Brahe Dano* auscultent, qui *jam in 35tum annum observationibus incumbit,* qui plus videt oculis, quam multi alii mentis acie, cujus unum instrumentum meâ totiusque cognationis meae substantia pensari nequit, ad quem collati Ptolemaeus, Alphonsini, Copernicus pueri censeri possunt, nisi magnam ipsis scientiae partem et occasiones suorum inventorum acceptas referret: uti quidem facile semper est inventis aliquid addere. Sed ut verissime dicam **p. 151.** quae sentio: Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ

---

20 „Tycho Brahe." N. H.

26 „Οἶος — ἀΐσσουσι", roth unterstrichen.

ἀΐσσουσι. Nec me impedit, quod motui telluris paullo iniquior est. Nec enim refert ad eruditionem, qua quis religione motus quidlibet sequatur. Sed ad rem. Ejus partem epistolae, quam ad Maestlinum anno superiore dedit, his adjunctam literis [ut jam spero] leges. Ex ea licebit tibi exclamare de me et mei similibus: *O curas hominum, o quantum est in rebus inane. Mihi certe plus quam aenigma hoc est,* [majus] *minus aliquid in propinquo videri, quam si distet longius.* Mihi enim hactenus optici contrarium persuaserant. *Luna, inquit, in eclipsibus Solaribus est humilis* [valde] *admodum, et tamen minori apparet diametro quam in pleniluniis eclipticis, in quibus caeteris paribus eadem in humilitate est.* Quid illi dicam nescio. Parallaxeon [korr. aus parallaxis] doctrina humilitatem ejus certo prodit, observationes ceterae quantitatem visilem [sic]. Neutrobique perito artifici obluctandum est. Itaque ingenti desiderio editionem operum ejus expecto. Jam quia tamen hunc sermonem sum ingressus, contra tua experimenta temeritatem meam defendam, [ut] si forte [2d.] quamvis non optimo consilio susceptam, non pessimus tamen eventus sequatur. Sex [korr. aus septem] mihi eclipses objicis, quibus ego omnibus in mea calculi affectata restauratione (admonitione rectius dixerim) mirifice confirmor. *1. Scribis, anno 1591, die 29. Decembris recte sensisse Prutenicas. Euge. Nam si quis eo modo, quem admonitiunculâ meâ praeivi, calculum Prutenicum corrigat, is circa finem Junii et Decembris nihil in Prutenicis mutabit,* dum scilicet Sol in apogaeo vel perigaeo est. Nam etsi maxima differentia est inter Lunam Decembrem et Juniam, vel Januariam et Juliam (caeteris paribus), ejus tamen differentiae effectus potissimum in quadrantes Arietem et Libram aggeratur. Exemplum hoc cape. Motus diurnus Solis etsi maximus est in Capricorno, minimus **f. 99. p. 152.** in Cancro, differentia tamen motus veri a medio in ♑ ♋ nulla est, in ♈ ♎ maxima. Eadem ratio est in mea etiam de Lunae motu suspicione.

2. Anno 1598, 20. Feb.: puto te deceptum observando: id quod non ipse tantum dico, sed mecum etiam Tycho. Et quamvis instrumentis caream, tamen ex tempore occasus apparuit indubie, circiter integram horam aberrasse calculum Prutenicum: quâ illum eclipsis est secuta. Id memini me in illa mea prognostici appendice monere, unde vides et hoc pro me facere.

---

[35] „Luna in ☌ minor." N. H.
[46] „Ao. 1591, 29. Dec.: juxta Prutenicas." N. H.
[57] „Ao. 1598, 20. Febr.: Prutenicae anticiparunt horâ." N. H.

3. Hujus anni mense Februario noctem habui serenam, factaque ad occasum collatione rursum seriorem Prutenico calculo eclipsin deprehendi circiter 3 quadrantes.

4. Anno 1595, die 23. Apr.: vidi ipse quoque quod tu, eclipsin scilicet Lunae serius incidisse quam a calculo Prutenico poneretur. Id rursum me confirmat. Nam Aprili mense id mihi fieri necessarium esse videtur.

5. Eclipsin Solis anni 1598 vides ab ipso quoque *Tychone poni $10\frac{3}{4}$ digitorum* et borealem et seriorem (haec enim se mutuo consequuntur, ut indicavi in mea appendice), a me vero hoc ipso modo assumi et fundamenti loco poni.

6. Anno 1590. Eclipsis Solis Tubingae a Maestlino me praesente itidem citius apparere visa est et minor. Id est itidem secundum mea principia, fuit enim Sol ultra apogaeum in Leone.

Denique allegas in [K.] genere eclipses ante Christum, quae ab utroque calculo trium fere hor. [korr. aus horarum] differentiâ prodantur. Id me quoque confirmat. Nam quia calculus meus observationibus hodiernis [id.] accommodatur, observationes [Prutenico] Alphonsino calculo propinquant, ergo et ego Alphonsino calculo propinquo: quod quo constatius facio, hoc verius [K.]. At etiam ante Christi tempora id facio, quod sic probo. Pendet mea correctio et introducta lunationum differentia a Solis eccentricitate. Illa olim major fuit, quare et meam differentiam majorem fuisse **p. 153.** necesse est: plane ut et Prutenicae longius illo tempore ab Alphonsinis dissident. Haec dico non *ἐπιστημονικῶς* sed *στοχάζων*. Quantum enim Alphonsinis in rimanda antiquitate tribuendum sit, Reinholdus in Prutenicis testatur, qui Copernico id [id.] praecipue laudi dat, quod doceat antiquas eclipses computare, cum antea nemo id potuerit. Sed videntur tamen *Alphonsini* praecipue in Lunâ fuisse diligentes. Et respexerunt

---

63 „Ao. 1599, in Febr.: Eclipsis rursus prior contigit quam Prutenicae c. $\frac{3}{4}$ horae." N. H.

66 „Ao. 1595, 23. Apr.: rursus prius c. — N. B. P. Joan. Appenzeller contra." N. H.

70 „Ao. 1598. Eclipsis ⊙ serior et borealis." N. H.

74 „Ao. 1590. Eclipsis ⊙ citius apparuit." N. H.

77 „Ante Christum Eclipses tardius contigisse, quam Prutenicae indicent." N. H.

91 ssq. Der rothe Strich unter „*Alphonsini*" ist durch einen von seinem Ende ausgehenden, quer durch die Zeilen laufenden rothen Strich mit dem Anfang des rothen Striches unter „*in aestivis*" (Z. 93) verbunden. — Am Rand: „Prutenicas errare in Eclipsibus Vernalibus et autumnalibus: Alphonsinas in hybernis et aestivis." N. H.

illi fortasse potissimum ad eclipses vernales, sicut Copernicus ad aestivas et hybernas. Hinc illi *in aestivis et hybernis*, *Copernicus in vernalibus et autumnalibus errant.* Erat Copernicus majoribus rebus intentus, ordinandae Solis eccentricitati, definiendae quantitati anni. Haec ut obtineret, impossibile fuit aliter de eclipsibus docere, nisi simul novam in Lunam, et annuam inaequalitatem, [ut ego] introduceret; quod cum ille abhorreret, ego facio. *Fortasse id quoque ad rem pertinet monere, si Ptolemaica Solis eccentricitas retineatur, consensuras hodie observationibus Eclipses Copernici.* Quam enim ego Lunae annuam inaequalitatem tribuo, id tantundem est, ac si Lunâ aequaliter currente Solis eccentricitas augeretur.

Praeterquam quod meam opinionem periclitaris, alterius etiam mones, de novo quodam terrae motu introducendo. Id quidem et ego jam dixi, quomodo fieri possit auctâ simpliciter eccentricitate (qui non esset quidem novus motus). Et *Tycho* aliam quoque suspicionem facit in literis ad me scriptis: Affirmat namque, *Solis — (secundum Copernicum terrae) — orbitam interdum ampliari, interdum contrahi: quod ut physice possit, orbes solidos caelis* [sic] *eliminat*, me quidem, quamquam ob alia, non repugnante. Id ergo in ejus [observationibu] operibus, si Deus nobis faverit, videbimus. *In globo stellato quoque, quem forte habes, affirmat, se declinationem Zodiaci* [quoque] *aliquam et tardissimam quidem observare, ita ut non semper eaedem fixae maneant in Zodiaco.* Haec itidem ad terram Copernicus referret. Sicque satis nobis suspicionum esset de novo terrae motu. Sed *causam, cur Luna potius horum in eclipsibus errorum rea sit, geminam habes in mea appendice.* Primo namque eadem aberratio Lunae cernitur etiam cum ad fixas aut planetas, non tantum cum ad Solem et umbram refer-
f. 100. p. 154. tur. Deinde in [1d.] magnas turbas conjiceretur tota doctrina de aequinoctiis et anni quantitate, si eccentricitas mutaretur. Iis ego turbis impar sum sedandis. Tychoni sat virium, is igitur viderit: negat enim, hanc esse rationem aequinoctiorum, quam Copernicus tradit. Mihi quoque, — ut jam ab eclipsibus divertar, quando [korr. aus quanto] id absolutum negocium est, — *de declinatione eclipticae* luberet aliquid novare, sed philosophice ex mea cosmographia,

[99] „Si Ptolemaei excentricitas ⊙ seruaretur, congruerent Prutenicae.“ N. H.

[104] „Nouus motus terrae. 1o. Auctae excentricitatis.“ N. H.

[106] „2o. Orbitae ⊙ seu terrae immutatio.“ N. H.

[111] „Globus stellatus Tychonis. 3tio Declinatio Zodiaci, seu stellarum in Zodiaco sitarum, ab uiâ Solis. Tardissima.“ N. H.

[117] „Cur Lunae adscribat causam.“ N. H.

[124] „De declinatione eclipticae.“ N. H.

quam meditor. Nempe, minimam hodie declinationem non esse, sed decreturam per multa saecula (si supersint) usque ad 22°. 30′ mediocritatem, forte et ultra. Nam in principio mundi mihi persuadeo fuisse mediocrem gr: 22°. 30′; inde per annos 4000 crevisse ad 24° integros. Adeo ut uno atque altero saeculo ante Christum artificibus deprehensa fuerit gr: 23°. 52′, qualem Copernicus facit maximam. Porro in una conversione saepius inaequalem fieri motum. Igitur a Ptolemaeo rursum fuit observata 23°. 52′. (Vide ne hic obiter Obelisco Plinii respondeam). Inde celerius decrevit, hodie tarde decrescit, et est 23°. 28′, sed erit ut iterum intendatur hoc decrementum usque ad 2400. abhinc annum per 58′ adhuc scrupula, ad primaevam mediocritatem rediens gr: 22°. 30′. — Terram a centro dimotam esse, Copernico sonabit, magis eccentricam esse factam, vel etiam magis ad Zodiacum polis [sic] inclinatam esse. — Sed ex quo somnio, inquis, hauris illos 22°. 30′ gradus? Ex cosmographia inquam. Examina, quid futurum fuisset, si nihil declinasset aequator ab ecliptica, quid item, si totum quadrantem declinasset, haec enim sunt extrema. Postea examina *φαινόμενα* (sive potius [*φανησο*] *φανούμενα*) declinationis circulorum 45°, mediae inter extremas, tum declinationis 67°. 30′, mediae inter 45° et 90°, item declinationis [65] 22°. 30′, mediae inter 0° et 45°. Examina ipse, res enim cum facilis est cogitatu, tum molesta et longa scriptu. Depraehendes, neque aequalitatem nullius declinationis mundi rationibus convenire, neque nimiam inaequalitatem vel 90, vel 67°. 30′, vel 45° [vel] graduum [id.]. Et restare solam 22°. 30′, qui numerus cum sit vicinus numero 23°. 28′, hodiernae **p. 155.** et adhuc decrescenti declinationi, hinc adeo in hanc meam suspicionem incidi. Deo enim in toto opere corporeo leges corporis, numeri et proportiones sunt propositae, leges autem lectissimae et ordinatissimae. Quare partes circulorum rationales, qualis est 22°. 30′, *quae est pars sedecima meridiani alicujus,* cum [28] 23°. 28′, 23°. 52′ vel media 23°. 40′ non sit pars rationalis. — Plaudit autem et id, ut omnia motu varientur

---

129 Kepler hat die Eigenthümlichkeit, die Bezeichnung für „Grad" etc. häufig doppelt zu setzen; so hier: „Gr. 22°"; Z. 136: „per 58′ adhuc scrupula"; Z. 139: „22°.30′ gradus."


131 „Maximam obliquitatem Zodiaci futuram 22°.30′, id est ¼ quadrantis". N. II.

137 ssq. Die Worte: „Terram a centro" etc. stehen am Rande neben 133 ssq. ohne nähere Bezeichnung der Stelle, an der sie einzufügen sind. Sie scheinen mir hieher am Besten zu passen.

142 sq. „*φαινόμενα*" und „*φανούμενα*" roth unterstrichen.

153 sq. „Quare partes" etc. Der ganze Satz steht so im Original. Zu ergänzen wird wohl sein: „Deo propositae erant."

et in se redeant, ut quam maxima esset varietas. Quare etiam Tychoni de obliquatione Zodiaci credo. — Hoc modo fiet aequalis in creatione [2d.] latitudo zonarum in meridiano, qui divideretur [korr. aus quae dividentur] in 8 partes, quarum singulas singulae occupant ex frigidis, ex temperatis et torrida singulae binas, in locis sc. oppositis. Hinc etiam consecutus Deus id est, ut medium inter extrema, [frigidae in] temperatae inter frigidas et torridam interjaceant, quae lex multum in ornatu mundi valuit. Ea enim etiam inter planetas est, si non omnes, at certe superiores. Saturnus, Jupiter, Mars, Venus, Mercurius. Hi quinque; terram enim eximamus, cum et Deus ut ἐξαίρετον notaverit, Lunae orbe solam vestiens. *Vides igitur Saturnum pallidum, Jovem croceum, Martem rufum, Venerem flavam, Mercurium argenteum. Appropinquant coloribus Saturnus et* Mercurius extremi, sic Jupiter et Venus intermedii, *Mars sine socio est.* Videatur [sic] Deus planetas *zonis, vel has illis attribuisse.* — Saturnus enim frigidus est, Jupiter temperatus, Mars torridus, colore indice, astrologis testibus; — nisi quod Saturno cum Mercurio, Jovi cum Venere non ita penitus idem situs est, ut frigidis et temperatis zonis utrisque eadem forma et situs. Sunt enim ♀ ☿ Soli viciniores, terrâ a superioribus divisi, quare et illustriores quam ♃ ♄.



Desinamus igitur [1d.] super caelestia et incorporea plus quam Deus nobis revelavit scrutari. Haec sunt intra captum judicii humani, haec nos scire Deus voluit, dum ad suam nos imaginem condidit, ut in consortium earundem [cum] secum ratiocinationum veniremus. Quid enim est in mente hominis praeter *numeros et quantitates?* Haec sola recte percipimus, et, si pie dici potest, eodem cognitionis genere cum Deo, quantum quidem in hac mortalitate de iis percipimus. Stulte metuunt, ut hominem Deum faciamus, consilia Dei sunt [1d.] inscrutabilia, non opera corporea. Quid enim sunt [consilia] opera [1d.] Dei,

[167] Die ganze Stelle steht so im Original.

erga consilia ejus si conferantur. Consilia Dei Deus ipse sunt, **f. 101. p. 156.** opera vero sunt creaturae, quibus intelligendis aptum hominem creare Deo non est magnum. Sed ad epistolam tuam redeamus. Plinii et veterum opinionem de aequinoctiis — in 8. Arietis — (quamvis ex ea non autumem Obelisco derogatum, ne nimium rudem in astronomia Plinium faciam) cum Scaligero existimo inde manasse, quod solstitia durant ad sensum 16 diebus. Aliud enim est stare, aliud *τρέπεσθαι*, illud quies est, hoc motus. Quare quamdiu ad sensum dies non crevit, stare Sol creditus est [At], dictumque fuit durare solstitium. At primum atque sensu fuit deprehensa auctio diei, jam converti Sol dictus fuit. Hinc *τροπὴ* die octavo. Ex *τροπαῖς* posteâ etiam aequinoctiorum dies computarunt.

Margaritae philosophicae ex [korr. aus ad] nugis Arabicis collectae pertinent ad materiam illam, quam Aristoteles tractat in libris de generatione et interitu et de meteoris. Aliquas ostendi in praefatione horni prognostici, quod habes. Sunt mera mirabilia, et quod merito stomachum alicui moveat, frigent physicorum academicorum studia in rebus tam nobilibus. Credo id fieri propter infinitam nugarum copiam, quae cum merito a cordatis contemnantur, contemnitur unâ et margarita. Adeoque vix mihi gallinaceus monenti latere boni aliquid fidem habebit: fimum enim aspiciet et fodiet. Proponam aliqua per quaestiones. *1. Quomodo humores omnes cum lumine Lunae connectuntur? 2. Cur ad motum luminarium fiunt aestus marini? 3. Qua ratione situs aliquid agere potest,* et situs quidem non omnis, sed tantum *rationalis. Omnis enim aspectus est situs rationalis,* pars nempe harmonica de 4 angulis rectis, effecta a radiis stellarum in terra coeuntibus. Et cum sint harmoniae [septem] octo [id.]: unisonus, tertia mollis, tertia dura, quarta, quinta, sexta mollis, sexta dura, octava; erunt etiam, ut est in meo libello cosmographico, *octo radiationes:* conjunctio, sextilis, quintilis, quadratus, trigonus, ses- **p. 157.** quiquadratus, biquintilis, oppositus, quos sic soleo signare: ☌ ✱ 丈 □ △ ♯ ✡ ☍. Animadverto enim, et hos operari *novos, sc.:* 丈 ♯ ✡. Et cur non operarentur, cum eadem ratio illos complectatur quae antiquos et [id.]

---

197 „Solstitia durant ad sensum 16° [sic] diebus. Inde Scaliger.“ N. H.

201 „16“, kaum erkennbar (siehe jedoch die Note Herwart's); wahrscheinlich korrigiert aus „15“.

204 „Octauo die, a puncto solstii, deprehendi *τὸ τρέπεσθαι.*“ N. H.

207 „Astrologica“. N. H.

218 „rationalis“, doppelt roth unterstrichen.

226 丈 ♯ ✡, roth unterstrichen.

usitatos. Haec quaestio tota digna est physicorum ingeniis. *Ecce hodie, cum distant planetae duo* [id.] *89 gradibus, nihil novi fit in meteoris. Cras, cum distant plenis 90°, sc. quadrante, subito oritur tempestas.* Quantula luci utriusque facta est accessio intra unum diem, et quomodo perendie illa minui statim rursum potest? Igitur non stellae est is effectus sed stellarum, non lucis sed numeri 90°, hoe est anguli per numerum 90°, rationalem et harmonicam totius circuli partem, numerabilis. Concurrit igitur ipsa terra suo situ ad hunc effectum, quae si alibi sita esset, in alio esset angulo. At quid situs potest? Quid ratio potest, nisi rationem intelligat id quod operatur? *An lucem faciemus animatam? Hinc ergo malui ego terrae animam tribuere, quae sit apta ad intelligendos hos* [eff] *aspectus,* uti latius in praefatione mea deprehendes. *4. Qua ratione facies caeli in puncto nativitatis fit character hominis.* Operatur enim in hominem quamdiu is vivit, non secus ac compedes illae injectae cucurbitis agricolarum ingenio: quae cum cucurbitam non vegetent, tamen formant. Sic caelum, etsi nec mores nec facta nec fortunam nec natos nec divitias nec uxorem homini det, omnia tamen homini obvenientia format. Et illud tamen interea, dum vivit homo, in infinitas a natalitiâ formas abit, nunquam manet; — perit itaque situs ille natalitius. — Qua ratione igitur id operatur quod non est? Operatur enim, quatenus fuit hoc modo situm, qui situs non manet. An igitur illius situs character aliquis [id.] in corpus, in animam luci cognatam et huic rei idoneam imprimitur? Et quomodo in *fortunam,* quae nihil est, imprimitur? Haec — omnia — testatur [omnia] experientia, eaque hominum nequaquam stultorum. *Videas hominem, in cujus genesi non commode siti sunt boni illi Jupiter et Venus,* hoc est illi medii inter extremos, uti supra dicebam; talem igitur hominem videas, quamvis probum et sa- **f. 102. p. 158.** pientem, invenustiori tamen et subtristi ut plurimum fortunâ uti. Talis mihi nota faemina est. Laudatur tota urbe ob virtutem, pudorem, modestiam. Simplex tamen juxtâ est et crasso corpore. Haec ab ineunte aetate duriter habita a parentibus, vix adolescens nupsit quadragenario praeter lubitum; eo statim mortuo nupsit alii ejusdem aetatis alacriori animo, sed qui neque vir fuit, et totum quadriennium, quod in hoc vixit matrimonio, per morbos exegit; tertio nupsit pauperi et contempto dives ipsa antea. Bona ejus per injuriam passim detinentur. Ancillam nunquam nisi pravam habere potest. In omnibus negociis impeditur et intricata est. Etiam parit difficulter. Caetera omnia sunt hujusmodi. Hic videas eundem animi, corporis, fortunae characterem, sane caeli situi analogon: sic tamen,

ut impossibile sit, hunc animum totius hujus fortunae fabrum esse, cum [korr. aus cui?] adventitia illa et extranea sit.

Mihi cum Saturnus et Sol conspirent radiatione sexangula (libentius enim de notissimis loquor), corpus siccum est [id.] et nodosum, nec magnum, animus humilis, totus sc. in angulos literarios aversus, suspiciosus, timidus, per difficilia et nodosa tendens illisque immorans, mores consimiles. Ossa rodere, siccum panem ingerere, amara, acerba gustare mihi deliciae, per salebras, per clivos, per dumeta ambulare festivitas. Delinimenta vitae praeter literas nulla nec habeo nec desidero, et oblata respuo. Fortuna ad unguem similis. Quâ desperatur caeteris, mihi ad rem et famam aditus, sed non nimis amplus. Premor enim perpetuo inter crescendum, et res quidem mutantur, forma manet eadem. Quocunque connisus sum hactenus, obstitum mihi est duriter. Nescio an et ingenium in societatem trahatur, dum [ad] terrae **p. 159.** motum ad provocandum genus humanum defendo, dum

tanti ponderis orbem
Obnixa cervice cito per sidera lapsu
Incito, terricolûm contra nitente senatu.

Sed ascribatur id sane communi sorti egregiorum omnium. *Valea illud δύσκολα τὰ καλά, et illud Ciceroni usitatum τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα* etc.

Nec mihi displicet illa sapientum ratiotinacio [sic], imo vero certissima demonstratio, qua probant, veritatem a multitudine semper oppugnari. — Esto itaque ingenium et suscepta cum ratione studia exempta ex iis quae caelo subjacent. — Retineantur [igitur] superiora. Videsque rursum unum in me characterem ex caelo pendentem, non quidem ita nude a sextili Solis et Saturni, sed sic brevitatis causâ dixi. Nam qui sic nude solent, acervos materiae, caementi, lapidum pro domo vendentes, injuriam mihi cito fecerint. *Natus enim et ipse sum Sole, Venere et Mercurio in Capricorno versantibus. Itaque vides mihi tandem Wirtembergiam ab ejusmodi destinatum iri.* Haec igitur experimentorum exempla et formae sunto. Cur haec a philosophis non tractentur miror. An quia multa vana traduntur, an quia regulae cuduntur (quales et tu canones — et directoria — postulare videris minime philosopho utiles, qui non circa singularia versatur), regulae inquam faciles et iisdem pene elementis fallaces, quae primo quoque experimento redarguuntur. An haec [K.] ob difficultatem *ἀστρολογίας* per se consopiuntur iterum, etsi olim [id.] in animos philosophorum

---

287 „δύσκολα τὰ καλά" und „τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα" roth unterstrichen.

irrepant? Qualis et illa quaestio est *de Magnete* et infinitae aliae, quae cum ad axiomata physica non quadrent, inter mira habentur, et sufficere putàtur, ut sciantur singula seorsim. At cum tam multa sint, exoriare igitur aliquis, qui plura inter se conferas, rationesque non unius rei solius, quod impossibile est, sed multorum talium conjunctorum reddas. Quod [dut] dum [1d.] et ego in mea statione hactenus tento, *duo mihi modi philosophici venerunt in mentem, alter typi et archetypi, ut puto Platonicus, alter Geniorum ex S. Literis accersitorum.* Nam mundus est imago Dei corporea, animus est imago Dei incorporea et tamen creata. Corpus est imago mundi, hinc μικρόκοσμος, **f. 103. p. 160.** formae corporum [korr. aus corporis] [est ima], animorum, fortunae diversitates sunt imagines diversitatum, quae [korr. aus qui] sunt inter situs caelestes. — Sic ei, quod in ortu est, respondet ortus hominis, quod in occasu, occasus hominis et inde dependentia. Et quod in medio, id format actiones hominis eaque, quae stantem hominem sequuntur. Et quia occasus ad ortum respicit relatione quadam contrariorum, ideo et hominis correlativa significantur in septimâ sive occasu, ut uxor, emptor, medicus, servus etc. — *Et situs quidem caeli, quia in puncto consideratur, perpetuum quippiam in homine respondens habet, quod est is quem dixi character* idem animi, corporis et fortunae. *At motus caeli, qui cum tempore consideratur, est* [imago] *exemplum* temporaneorum hominis, scilicet actionum, ut [jam] post [1d.] dicam. *Sed quia tamen nescio adhuc, ubi asservetur interea οὐρανίσκος ille imaginarius, caelo post illud partus momentum abeunte, ideo Genios adduxi.* Corpus enim nimis crassum est — huic characteri suscipiendo, — animus vero, etsi luci cognatus, etsi non minus mirabilia habet a Deo sibi commissa munia, [in] formationem partium necessariarum et alia, — sicque bene posset fieri subjectum hujus characteris a caelo impressi; — tamen nescio, quo modo foris extra hominem, quae fortunae sunt, [consi] tractare ad normam a [caelo] charactere illo [2d.] praescriptam possit. Itaque placent mihi tutelares illi Genii ex Bibliis desumpti, — qui hominibus

320 „medio". So wahrscheinlich; es ist hier eine willkürliche Abkürzung gebraucht: „mé".

322 „correlativa"; „cor" ist nachträglich darübergeschrieben.

327 „*est* [imago] *exemplum*". Kepler hatte zuerst „imago" geschrieben, mit welchem Worte die Zeile begann. Er strich dieses aus und schrieb davor auf den Rand „exemplum". Bei der Nachkorrektur des Briefes, welche eine bedeutend schwärzere Tinte zeigt, strich er „exemplum" ebenfalls durch und schrieb dasselbe Wort über „imago".

329 „*οὐρανίσκος*", roth unterstrichen.

nascentibus lege quadam divina praeficiantur, et hominum ipsorum loco characterem nativitatis suscipiant, sive in sua essentia, sive in sola memoriâ, atque ita se vinculis — [sed ita tamen, si se] vinculis [sic] caeli praebeant, nec omnino liberrimi sint arbitrii, sed pro ratione caelorum varie vel debilitentur vel convalescant. Exemplum in luce habemus hujus mixturae, quae cum non sit corporea sed divinum quid [3d.], corporis tamen legibus sine tempore quidem et motu subjacet: reflectitur, refringitur, fortius, debilius impingitur, prohibetur, attenuatur distantiâ etc. Exemplum bonum [korr. aus unum] est in hac causa. Lucis enim et animorum supra, hic et Geniorum aut eandem aut cognatam facio naturam. 5. Cognata his est quaestio de ortu hominis. Jucundissima habeo spectacula in *cognationibus geniturarum. Quis igitur est, qui partum in ea tempora et minuta differt, ut foetus sub conformi parentibus caelo edatur.* Res haec vel sola ipsum etiam *Mirandulam* (si quidem plus quam contra nugas pugnat) convertat. Quis, inquam, iste moderator est, Deus immediate? An matris anima? An infantis? Et quomodo is callere potest **p. 161.** astronomiam, ignaro ipso homine? Nemo unquam tam vixit sobrius, ut solutus a materiali corpore per exstasin aliquid rerum astronomicarum perceperit. — An igitur lux ipsa caelestis tantâ cum ratione momenta [foc] partuum dispensat? At lucis et stellarum radii tantum possunt? — Non est tantum ipsis tribuendum stellarum radiis, ut id possint cum tanto intellectu, quod vix aliquem [1d.] animum posse credibile est. Nam et oppido multa[s] ipsis objicerentur negocia, et dicendum hic quod supra, si effectus est radiorum, non est igitur lucis sed situs, non stellae sed stellarum. Absurde lux et radius ipse fieret quasi corpus, quod a· situ [ceu] ceu [1d.] animâ ad hanc operationem informaretur et ratione optima instrueretur. Nam et haec etiam filiorum cum parentibus cognatio consistit in radiationibus. 6. Supra incepi de actionibus. Ut igitur universalis ille character hominis est ad exemplum SITUS [sic] caelestis, ita haec ἐξανθήματα et ἐξοχαί temperamentorum, affectuum, actionum, fortunae sunt ad exemplum MOTUS [sic] caelestis natalitii, quem directiones dicunt. Sic autem se habet res. *Hora una post momentum partus lapsa est in caelo* [2d.] *imago 15 annorum*, — sicut in caelo 15 gradus caelestes horâ unâ

346 „bonum“ ist mit viel schwärzerer Tinte korrigirt, welche überhaupt auf dieser p. 160. am häufigsten und auffälligsten verwendet ist.

350 Vor „*ut*“ befindet sich ein stark durchgestrichenes Wort, welches nicht mehr leserlich ist.

356 „exstasin“ ist halb lateinisch, halb griechisch geschrieben.

moventur; — horis 2 imago 30 annorum, adeo ut horae sex primae ad 90 hominis annos se porrigant. Quaeque intermediis horarum momentis in caelo oriuntur vel occidunt, eorum similitudines in actionibus [reperiuntur] aliisque temporaneis — reperiuntur —. Mihi anno 16. cum febris pene lethalis obvenisset, convenientius fieri nihil potuit, quam ut ea significaretur ab ☍ ☿, □ ♂ in 8 ♋ hora una et sc. 4′ post meum ortum exoriente [korr. aus exoriens] supra horizontem. Infinita his similia allegare possem, non quod fatalia nescio quae vincula nectam. Scio enim, nisi intemperans tum fuissem, nisi loco parum salubri vixissem, aut nullum aut minus futurum periculum, sed etsi jam senex fuissem [K.], penitus fuisse moriturum. Nam, ut dixi, non dat caelum morbos, non temperamenta, sed aliunde venientia ad hanc quantitatem, in hoc tempus etc. perducere juvat, perpetuus magister. Hoc itaque summum est, quod in astrologia quis miretur et a physicis quaerat. Nam *quomodo gradus annum significat?* Et quare (si causam omnino coneris assignare) gradus tantum temporis [id.] significat, quantum [de Zodiaco volvitur] Sol conficit interea, dum id absolvit curriculum, quod labitur, dum gradum illum propositum conficit. Explicatius enim dicere non possum.

— *Gradus unus. Gradum Sole conficiente labuntur 360 partes. Sole 360 partes conficiente annus est. Gradus ergo annum significat.* —

fol. 104. p. 162. Deinde mirabamur antea, situm et faciem caeli permanere alicubi caelo abeunte. Jam multo magis est, ut miremur, MOTUM [sic] caeli alicubi manere posse, ut post tot annos operetur. Situm enim et faciem alicubi imprimi intelligimus, — ut in cera sigillum imprimitur, quae res est. — *Motum vero, hoc est tempus, rem per se non οὖσαν sed γενομένην, quomodo intelligemus imprimi, et ubi?* Nullum exemplum unquam audivimus vel vidimus. Manet species rei in oculo re abeunte, sed non est tantum motus et passio, verum et res. Et tamen [in] animae opera fit, eoque minus mirum est. Sonus est [korr. aus ex] quidem imago motus et durat aliquantisper. Sed motus caeli non est cum sono conjunctus; adde, quod *omnino est quaedam quasi corporum ictorum imago. Nondum enim hoc satis est disputatum.* Itaque omnino mihi videtur intelligenti


---

387 sq. Zu „*quomodo*“ — „*significat*“ machte Herwart auch ein Fragezeichen mit rother Tinte.

392 ssq. „*Gradus unus*“ etc. Diese Randnote setzte ich hieher an das Ende des Abschnittes und der Seite, um den Text nicht zu unterbrechen, da ihr eine bestimmte Stelle im Text von Kepler nicht zugewiesen ist.

399 „*οὖσαν*“ und „*γενομένην*“, roth unterstrichen.


aliqua naturâ opus esse ad haec salvanda, quae tamen sit diversum quid ab ipso homine. 7. Paulo fortasse facilius hoc est, et conjunctum cum quinta quaestione, *quae sit ratio hujus* [1d.] *sympathias* [sic] [ejus], *quod caeli pars, quae fulsit in ortu (exempli gratia), quae item Solem hospitio exceperat tempore, quo natus est homo, quocunque quantumcunque abeat, quamcunque stellam teneat vel non teneat, tamen ita sit propria* [korr. aus propriam] *hominis, ut stellâ transeunte homo secundum stellae illius naturam patiatur:* qui in arte [2d.] transitus dicuntur. Et quidem hic etiam situs concurrit. Nam stellae non sunt in locis istis reverâ, sed inter illa loca et aspectum nostrum intercedunt. Itaque rursum relabemur ad *οὐρανίσκον* aliquem in ipso homine vel Genio, in quo situs natalitius permaneat, eumque [sic] stellae verae in caelo redeuntes respective transeant. Haec sunt igitur potissimae illae margaritae, quas cognoscere ejus est, qui experimentis operam dat (nulla enim philosophiae pars sine experimentis inventa est), quas ego magis magisque probatas et veras habere, aut rejectas omnino multis inspiciendis nativitatibus contendo.



p. 163. Vides igitur, non esse mei instituti scribere aliam [korr. aus alias] methodum (praeter hanc) aliamve directionem in *authores*, quos *odi fere* (quod mitius accipias), *cum totam fere astrologiam domuum minime rationali inter planetas distributioni inaedificent et falsum assumant ex antiqua traditione, hunc sc. esse ordinem planetarum* ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ ☉ ☽. Jam *Sol habet* ♌, *quia aestûs est author, qui maximus in* ♌. *At* ☽ *habet* ♋, *quia orientalem ante Solem esse expedit. Hi singuli singula signa, quia alias 12 in 7 non possunt distribui. Scite mehercule. Infimis, ut rentur, planetis quod reliquum est tribuunt.* Jam ☿ habet ♊ et ♍, ut ejus signa ambiant eorum signa planetarum, quos ipse ambit orbe suo; tum ♀ eadem

408 Die Zahl „7“ ist ausserdem mit einem rothen Kreis umgeben.

436 ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ ☉ ☽, roth unterstrichen. Die beiden Figuren stehen in dieser Ordnung und an dieser Stelle im Original. Die zweite (folg. Seite) gehört aber offenbar zu Zeile 435 und 436.



ratione habet ♉ et ♎, ♂ ♈ et ♏, ♃ ♓ et ♐, ♄ ♑ ♒. His jam alia ejusmodi superextruuntur, et tandem nihil intaminatum in arte ab his maculis reperitur, tot habent dominos geniturae, ascendentis, triplicitatis, domus, termini, faciei. Miror, et Ptolemaeum his nugis ceu voragine abreptum, qui fere solus naturam ex parte explicat. Caeteri de jucundissimis rebus tacent; sufficere volunt, ut illa credamus sine rationibus, quando et has dominationes barbaras credamus sine rationibus. Sic utrosque nugae seduxerunt, et astrologos et physicos, quamvis in diversam partem. *De aspectibus, re φυσικωτάτῃ, solus Ptolemaeus, qui rationem eorum reddit, sed non dicit, cur soli hi operentur, sed cur soli hi ab hominibus considerentur. Itaque omisit necessariô illos tres* ⊥ ♯ ✳. *Reinholdum divinitas hujus quaestionis pupugit,* qui post multas rationes, etiam post musicam sed minus dextre allegatam tandem concludit: *Fortasse nondum satis explorata est divina lucis natura.* Id equidem reor. Sed quis credat, adeo torpere rerum naturalium contemplatores?

De natali Octavii res late patet, et requirit lectionem Appiani, Plutarchi, Ciceronis, Sallustii, Dionis, Dionysii Halicarnassei etc. Nam ad minimum de intercalando debemus certi esse. **f. 105. p. 164.** Mihi status anni Romani in universum sat est exploratus. Sed quia periodos suas 24 annorum arbitrio pontificum vitiarunt, testimoniis vel saltem conjecturis opus est de annis singulis, an calationem habeant, an eam ferant res gestae. Annum U. C. 690., Cicerone et Antonio Coss., quo natus est Augustus, si ad sequentes examinem, sic se habebit. Annus 704. belli civilis incepit a 14. Novembris. — Haec infra certius. — Si singulis bienniis retro intercalatum, annus ergo 690. indidem incepit, et IX. Cal. Oct. in 29. Julii Julianum incident, ☉ iis temporibus in principio ♌ motu medio versante. Sed tamen non certus sum de intercalatione secundi cujusque anni (quae quidem legitima fuisset). Nam anno [id.] 703. valde laborat Cicero

458 „De aspectibus“. N. II. — „φυσικωτάτῃ“, roth unterstrichen.

460 „⊥ ♯ ✳“ ist auch roth unterstrichen.

466 „De natali Augusti.“ N. II.

(ex 702), ne intercaletur, id autem videtur non obtinuisse; scribit enim ad eum Caelius: Levissime *Curio,* quia de intercalando non obtinuit, *(voluit non intercalari, ut Ciceroni gratificaretur et Caesari aegre faceret diminuto ejus anno)* transfugit ad populum et pro Caesare loqui cepit [sic]. Nuspiam tamen id certo affirmari lego. Id ex Appiano facile, credo, aut ex Plutarcho in gestis Curionis et Caesaris sciretur. Sed esto intercalatum. Anno 701. certo intercalatum est, ut patet *ex Asconii in Milonianam commentario.* Sic anno 698. certo non intercalatum, ut ex epistolis Ciceronis apparet. Ergo de sequente 699. intercalationem probabiliter credere possumus. At 697., intercalaris ordine, videtur habere dubitationem de intercalatione ex *1. Famil.: ad Lentulum. Nec residuis Januarii diebus, nec Februario toto, ait, senatum haberi posse. Intercalarem non nominat,* sed tamen neque posterius aliquod tempus. — Intercalaris inter 23. et 24. Februarii inseritur. — Jam peritus juris Romani respondere queat, an mense intercalari senatum habere legitimum, et quid Martio mense solenne factu fuerit. Sic 692., 693. *continui videntur intercalatione caruisse ex 1. ad Atticum* [korr. aus 1. Atticum]. Non tamen certum est. Sed tamen de **p. 165.** certis intervallis nobis constat, aut Solem sub ortum Caesaris in 2. ♌, si legitime [2d.], aut in 20. ♋, si plus justo fuerit intercalatum, aut si minus justo, in 24. ♌, aut si duo calares omissi, in 17. ♍ [solem] fuisse. — Haec infra paulo aliter et certius. — Sin 3 omissit [sic], fuisset in 9. ♎. Sed credamus jam duos omissos. ☉ in ♍. Ecce testem Manilium, quod Virgo sub orto Caesare ceperit lumen magni mundi, id est Solem. Nihilominus authoribus credo, sub Capricorno natum. *Id enim de conceptione ἄκυρον, quamvis tu multis me conjecturis exerceas. Corrigamus igitur Suetonium: Paulo*

---

487 „Ao. U. C. 701. intercalatum esse, patet ex Asconio in Milonianam.“ N. H.

488 „Ao. U. C. 698. certo non est intercalatum, ut ex epistolis Ciceronis constat.“ N. H.

490 „Ao. 697. uidetur non intercalatum.“ N. H. Diese Note ist durch einen rothen Strich verbunden mit dem Citat: „*1. Famil. ad Lentulum.*“

496 „Ao. U. C. 692., 693.“ N. H.

502 „Haec infra — certius“; Steht neben 499 am Rande, ohne bestimmte Bezeichnung, wohin es gehört. — „aliter“; so wahrscheinlicher; stark abgekürzt; viell. auch „accuratius.“ — „omissit“, wahrscheinlich „omissi“.

506 „Conceptio.“ N. H. Steht weiter oben, und ist mit „*Id enim*“ durch einen rothen Strich verbunden. — „*ἄκυρον*“, roth unterstrichen.

507 sq. „*Corrigamus*“ — „*occasum*“, mit rother Tinte unterstrischen und unterschlängelt. Der rothe Strich unter „*exerceas*“ ist durch einen von seinem

ante Solis occasum. Nam si Sol sit in 7. in ♍, erit ♑ in ortu. Illud namque: sub quo sidere, apud veteres non de loco ☉, ☽, medii caeli, sed de loco ortus sonat. Est tertius annus post ☌ magnam in ♓, ergo ♃ in ♊ in □ ☉, aut penitus in ♋ in VII. Id regium. Manilius sane sibi ipsi non contradicit; ecce verba: fulsit Capricornus in ortum Augusti. *Demophili ille locus aphorismum continet, genethliacum bonum et inter margaritas meas referendum, de Augusto nihil dicit.* Cur autem portenderit ♑ ipsi regnum, non reperio, nisi quod idem de nostro Rodolpho dici potest, cui ♑ in ortu, ☉ in ♌ in VII cum ♃. Sic reginae Angliae ♑ in ortu et ibi ♃, et ☉ in ♎ in VIII. Sane neque conjunctio magna tunc illis in locis Zodiaci [Id.] viguit, sed in finibus ♓ ♏ ♋. Ergo sic censeo cusos nummos non ad jactandum hoc sidus, sed ad jactandam totam genesin (quam per ocium [sic] inspiciam), ut si quis partem pro toto usurpet aut signum pro signato.

— Haec interpretatio infra non stabit, nisi de Luna accipias, aut de Sole in conceptione, aut de Cometa aliqua, quo videtur alludere et Virgilius. Quamvis is de vacuitate illius loci a stellis fixis loquitur. Fieri etiam potest, ut loquatur de nativitate C. Julii Caesaris, aut de Augusti quidem, sed ita, ut 23. Septembris Julianum computarit, ubi Sol fuit in fine ♍ et initio ♎. Quae res etiam Scaligerum decepit, ut crederet, Solem in ♎ fuisse. *De interpretatione enim et lectione tua: Capricornus in ipsum, Scaligero per me tacere licet. Ita enim tibi consentio, ut necessarium esse censeam ratione materiae propositae.* —

Resumo rationem calendarii Romani continuandi retro ab initio belli civilis ad ortum Augusti. *Ex Macrobio* constat, legitimam *periodum 24 annorum (quam Jos. Schaliger* [sic] *minime intellexit) hanc habere rationem, ut in summa contineat totidem dies, quot etiam continent 24 anni Juliani. Ergo haec est periodi series:*

f. 106. p. 166. — Periodus Romana, si non vitietur:

Ende ausgehenden, quer durch die Zeilen laufenden rothen Strich mit dem Anfang des rothen Striches unter „*Demophili*" (Z. 513) verbunden.

515 sq. „Cur autem" — „non reperio" ist dick schwarz unterstrichen; ob von Kepler, oder von Herwart, ist nicht ersichtlich.

523 ssq. „Haec interpretatio" etc. Diese Randbemerkung beginnt im Originale neben Zeile 504., so dass sie sich auf die Stelle des Manilius zu beziehen scheint. Ich setzte sie hieher, um den Text nicht in störender Weise zu unterbrechen.

530 „*Capricornus in ipsum*" ist sehr dick roth unterstrichen.

534 „Periodus 24 annorum apud Macrobium." N. H

	Anni	Modus	Anni	Modus	Anni	Modus
Prima:	1.	355	9.	355	17.	355
	2.	377	10.	377	18.	377
	3.	355	11.	355	19.	355
	4.	378	12.	378	*20.*	*377*
	5.	355	13.	355	21.	355
	6.	377	14.	377	22.	377
	7.	355	15.	355	23.	355
	8.	378	16.	378	*24.*	*355*
Secunda:	1.	355				
	2.	377				

etc. —

Nam annus 20. pro 378 habet 377, et ultimus pro 378 habet 355 tantum. Cum ergo in commissione periodorum tres anni currant sine intercalatione, quaeramus in historia Romana, quando hoc sit factum? Id autem superiorum epistolarum aliquâ probavi factum esse annis belli civilis 704., 705., 706. Nam [ultimus] sequens 707. de consuetudine fuit intercalaris testibus omnibus, qui de anno confusionis scripserunt (ut intelligamus, bellum civile remoram attulisse non calationi justae, sed arbitrariae turbationi, quae fiebat actionibus magistratuum). At praecedens 703. intercalaris fuisse probatus est his literis. Ergo annus 705., secundus belli civilis, Caesare II. et Servilio Coss., fuit ultimus periodi. Quare annus 690., natalitius Augusti, est nonus periodi. Numera legitime, et *cadet* [korr. aus cadent] *illius anni IX. Cal. Oct. in 17. Julii anni Juliani.* Dictum enim est supra, Calendas anni 704. Januarias in 14. Novembris competere. Erit igitur *Sol circa 20.* ♋, — *locum conjunctionis magnae, quae viguit illis temporibus,* — et Jupiter orientalis ante Solem, Saturnus vero in Ariete (nondum tamen computavi thema, sed sic ex memoria pronuncio). *Itaque si Capricornus in ortu fuit, Sol verissime paulo ante occasum stetit, non vero ante ortum.* Quid? dices. Tu Calendas Januarias sequentes nativitatem Augusti conferes in 22. Octobris Juliani anni? Dico. Nam quod tu ex Catilinaria II. affers, medio Novembris Ciceronem frigus et pruinam dicere, id non ita habet. Omnia in Decembrem recidunt. Saturnalia destinata erant incendio. Nonis Decembribus, — quas ideo jactat Cicero lib: 1. ad Att: ep: 15., — erupit conspiratio vigilantia Ciceronis. Tunc [enim]

543; 547 Neben „*20. 377*“ und „*24. 355*“ setzte Herwart mit rother Tinte ein NB.
568 sq. „*Itaque si*“ — „*in ortu fuit*“; ist mit rother Tinte zweimal unterstrichen und noch unterschlängelt.

igitur [1d.] habitae illae orationes, quasi hodie in principio Octobris haberentur. Pruinas vero et nives non jam tum cadentes, sed exspectandas ei, qui abire in Alpes velit militatum Catilinae. Multo me magis moverat initio *illud Ciceronis: Hic praesertim jam noctibus,* [ex] quibus verbis tu frigus innui putas: quasi uxorculis **p. 167.** suis hoc frigore nocturno carere nequeant. Ego vero etiam de longitudine noctis intelligendum esse arbitrabar, quasi molestum illis fore diceret, tam diuturnas noctes solos cubare. Sed neutra sententia locum habet. Tu Romanos illorum temporum censes uxores ad pellendum frigus adhibuisse? A foco secubasse? Nimis profecto honeste, nimis temperanter sentis de illa hominum libidine. Frigus foco averterunt, longitudinem noctium comessationibus antelucanis solabantur. Longe acutius illos pungit Cicero. Noctes aestivae, dies magis in Italia hominibus propter caloris magnitudinem molestae sunt, venerem reddunt ingratam. Itaque post longas aestatis molestias succedentes dies autumnales et crescentes noctes, crescens temperatura caloris gratissima res erat veneri .... nocturnis conviviis. His illos [korr. aus illi] conviviis [carere nolebant], his noctibus pungit Cicero. Haec itaque mea est sententia. Caeterum fieri potest, ut non fuerit servatus ordo intercalationis. Attamen quod uni anno, intercalari lege periodi, fuit ademptum, id censeo alteri simplici fuisse additum. Et hoc pacto aut scopum attigimus, aut non plus uno mercenario [sic] nobis deest. *Aut 17. Julii, aut 8.* [korr. aus 29] [ejusdem mensis] *Augusti* [1d.] *natus est Octavius.* Cur autem non [dicamus] et hoc verisimile sit nobis [5d.], mense Augusto natum esse Augustum. Nam quae ratio est, cur non Septembrem potius Augustum dixerint Patres, nisi haec, quod illius Septembris finis in Sextilis Juliani principium incidit, si retro fiat computatio anni Juliani. Nescio an huc referendum sit, si quid [authores] de superfluis diebus supra annos integros aetatis Octavii [2d.] memorant authores. *Josephus* [dies] *menses* [1d.] *solet consectari, ponit vero aetatem 77 annorum sine additione* [dierum] *mensium* [1d.], *quod huc fere quadrat. Nam mors ejus vulgata est accidisse XIV. Cal. Sept:, qui dies est 18. Augusti. Natus vero a me perhibetur 8. Augusti* (si mercedonium nobis unum eripuerit populi Romani licentia). *Vixisset igitur* [an] *dies solos 10 supra integros*

---

[592] Wahrscheinlich „et" zu ergänzen; die Stelle ist durch das Siegellack verletzt.

[597] „mercenario"; nur das r in mer durch die Buchfalte verborgen; alles andere deutlich. Jedenfalls sollte es „mercedonio" heissen.

[606] „Augustum uixisse annis 77, diebus 10." N. H.

solares 77. *Ex his tam multis unum illud nitor, quod jam bis inculcavi, probare, legen-* **f. 107. p. 168.** *dum esse in Suetonio: Paulo ante Solis occasum.* Caeterum de eclipsi anni 38. ante Christum (quod Augusto portenderit imperium) nulla ne quidem probabilis apud me suspicio est, cum nato Christo jam 42 [korr. aus 43] anni imperii Augusti lapsi sint. Nam etsi restabat Augusto contentio post [initum] raptam semel Remp:, nemo tamen dubitare poterat, quid futurum esset. Sed, ut dixi, schema caeleste genuinum ad 17. Julii et 8. Augusti sub occasum Solis extruam, atque *etiam, si amplius urseris, ad illam eclipsin;* in praesentia satis verborum existimo.

Vale, Vir magnifice, meque judicio tuo consummato subinde corripere per literas non desiste. 9. et 10. Apr. anno 99.'

M. T.

observantissimus

M. Johan Kepler

Styriae Ordinum mathematicus.

Si M. T. quid novit *de declinatione magnetis in Lusitania,* rogo obnixe mihi communicet. Edita est *historia hybernationis Batavicae in septentrione,* quae rem magneticam multum illustrare potest, modo, quae antea scire nobis videmur, non penitus tollat. *Ponit* enim *angulum declinationis non majorem quam 26, et alibi 17, quem ego contendo esse debere 62 et — 71 inversis elementis, nisi in Mercatore ex arcu declinationis polorum 16°.30' placeat nobis 6°.30' facere. Ego si scirem, in Lusitania declinationem magnetis nullam esse, dicerem, vergere magnetem ad id punctum terrae, quod in creatione ante motum telluri conciliatum sub polo Zodiaci fuerit: ut sic esset distantia loci magnetici a polo 23°.28'.*

f. 108. p. 170. Post scripta.

Genethliacum Augusti.

Dum tabellarius moratur tempus nactus computavi genesin Augusti, quam ad rem assumpsi has hypotheses: 1. In summa annorum 14, qui sunt inter consulatum Ciceronis et bellum civile, nihil esse

---

611 ssq. „*Ex his*" — „*ante Solis occasum*", roth unterstrichen und unterschlängelt.


613 „De eclipsi Ao. ante Christum 38." N. H.

627 ssq. Dieses P. S. ist in den leeren Raum links von und unter der Unterschrift hineingeschrieben. — Auf der Rückseite von fol. 107., also p. 169., steht die Adresse:

„Dem Edlen vnd Hochgelehrten Hern Hans Georg Herwart von Hochburg, der Rechten Doctori, vnd Ir. frl: Durchl: in Bairn Obristem Cantzlern etc. meinem Grossgünstigen Hern. München."

vitiatum in periodo Romana 24 annorum, itaque *IX. Cal. Octobris* antiqui in *17. Julii* anni Juliani incidere. 2. Credidi historicis et nummis, Capricorni sidus in ortu fuisse. 3. Verba Suetonii (paulo ante) retinui. Sed coegerunt me hypotheses superiores *pro vocabulo*: *ortus*, *occasum legere.* 4. Assumpsi altitudinem poli 43°. 5. In eligendo minuto temporis ita moderatus sum thema, ut directio Solis ad occasum posset accommodari *ad annum aetatis 19., quo anno consul designatus est.* Ex his hypothesibus thema tale extruitur.

Nullus planeta incidit in Capricornum, necesse igitur est, illam de Capricorno traditionem de ortu intelligere, quod etiam per se verum est. Possit etiam de die unico incidere dubitatio, quia mercedonius aliquando 22, aliquando 23 dierum est. Sic de integro mercedonio quoque dubitari possit, ut dies ille in 8. vel 9. Augusti incidat. Retro enim non incidit. Sed hic ordinem legitimum sum secutus, et thema probabile est. Judicium meum de hoc themate hoc est.



1. Ascendentis locus in trino Saturni, trino Veneris et opposito Jovis et Sol in occasu significant vitam diuturnam. Et potuisset natura vitam in multo plures annos exten- **p. 171.** dere quam in 77, sed hoc me non impedit. Nam ita sentiendum est de caelo, ut terram interim retineamus. Caelum non potest omnia solum. Si privatus vixisset Augustus liber a tot occupationibus et curis, venerisque et gulae temperantior, potuisset etiam illos malos occursus anni 77. [e]vincere. Nam 2. Sol ad trigonum suum [longum] brevem, qui quadrato aequipollet, venit anno 77. Et Asc: ad corpus Martis anno uno atque altero ante. Ergo illo tempore significabatur debilitas vitae et periculum mortis, sed non fatale, ut dixi, nisi quatenus omnes causae conspirant. 3. Mali (hoc est illi, qui habent in natura rationem excessus et defectus) sunt infra terram, boni vero supra, Jupiter optime collocatus, Venus etiam libera, quemadmodum etiam

647 „5."; Über dieser Ziffer befindet sich ein Zeichen: ⌒ ; was dieses andeutet, ist mir unbekannt; ebenso unten bei 2. (Z. 672), und bei 3. (Z. 676).

653 ssq. In der Figur ist: ♀ 17 korr. aus $16\frac{2}{3}$ [?]; ⊙ $20\frac{3}{4}$ korr. aus ⊙ 21. ♃ 2.6 korr. aus ♃ 3.6; ♄ 2 $\frac{1}{12}$ wahrscheinlich, 12 sehr undeutlich.

Sol et Luna. Haec dispositio significat faelicitatem imperturbatam, quantum humana fert conditio. 4. Luna juncta Mercurio in triangulo Martis ante Venerem significat ingenium faelix, judicium acerrimum, celeritatem in discurrendo, mobilitatem faelicem in genere, huc enim refertur et mobilitas corporis faelix, quae consistit in peregrinatione faelici et celeri, quae significatio magis valuit in illa Republica; significat et actionum maturationem non impeditam, et hominem resolutum, ut hodie loquimur.

5. Saturnus et Jupiter sextili configurati sunt, et in hac configuratione fortissimâ Jupiter fit satelles Solis, orientalis ante Solem, et praecise in angulo septimae et in sextili Veneris. Haec res significat hominem aptum gerendis rebus maximis et gubernandae toti summae Reipublicae. 6. Eadem fere positio Jovis significat hominem ditissimum, potissimum vero in senectute. Divitias venturas significat ex alteritate (ut sic generalissime et quidem astrologice dicam), ex eo, quod est *ἕτερόν τι τοῦ γεννηθέντος*, relatum vero ad ipsum natum. Hodie dicerem ex conjugio, quia conjunx ad hominem pertinet, diversum quid ab ipso homine, [Sed] aut ex emptione, venditione, quia rursum hic est alteritas relativa. Sed pulchre hoc **f. 109. p. 172.** quadrat [cum] ad [id.] testamentum Julii et adoptionem. 7. Porro Jupiter sic situs praecise in angulo septimae significat perpetuas contentiones cum magistratibus et nobilitate et regibus etc. Signa vero victoriae sunt haec ipsa, quae jam antea dixi. Vinci namque miseria quaedam est. At astrologi regulas comminiscuntur, per quas facile quivis quidvis [korr. aus quodvis?] praedicere et investigare potest: sed faciunt suis illis regulis ex caelo fatum plus quam stoicum. Operantur signa caelestia non mathematice sed physice, hoc est non secundum praecisiones numerorum, sed secundum magis et minus, et secundum conditionem totius universitatis sublunaris: quam quo melius quilibet callet, hoc plura caelorum adminiculo praedicere de personis potest, si praecipuarum in Republica personarum certas nativitates habet. Nam, qui haec signa haberet, quae jam dixi, illi regnum illo [korr. aus in] saeculo designari non potuit extraneum, cum non moris fuerit, civem Romanum modicae saltem nobilitatis inter exteros considere. Porro mutatum iri statum Reipublicae inde a Syllanis temporibus nemo prudens dubitaverat. Catilina, et quicunque res novavit, Augustum praefigurare poterat. Accessit quod natus est ipso tempore conspirationis, unde conjici poterat, quid effectura [korr. aus effecturi] essent in nativitatibus illa sidera, quae in Republica tum adeo tumultuarentur. 8. Regia signa haec sunt: Sol

et ejus satelles in angulo septimae, satelles quidem praecise in apice, Luna etiam stipata satellitio Solis, Mercurii, Veneris, et in trino Martis, et Sol in loco conjunctionis magnae, quae sequebatur post annos 35 vel 36. Et puncta Solstitialia in ortu et occasu. Sed nullas insignes fixas astipulari miror. Qualis igitur significator, tale fuit regnum, significator est Jupiter, regnum pacificum, majestate plenum, humanum tamen juxta. Carolus V. multum habet affinitatis cum hac genitura. Nam et illi fuit ♑ in ortu, **p. 178.** et Sol in piscibus in loco conjunctionis magnae, et Jupiter ante Solem, et Saturnus cum Marte infra terram conjecti. Sed tam bona non fuit quam haec. Nam erat Jupiter combustus, et Sol extra angulum.

Videtur et Saturnus cum capite non longe a lance Librae in [septim] imo caeli significare quasi fundamentum et robur et perpetuitatem quandam potentiae. Sed id alibi nunquam animadverti nisi itidem in Caroli V. nativitate. Colligam tamen hunc aphorismum et pro certo ascribam, ubi certissimus fuero, me verum Augusti thema habere. Nam experientiâ multa innotescunt.

Illud me dubium tenet, non esse Martem in vicinia Solis ad promptitudinem et faelicitatem in bello significandam. Sed me corripio ipsum. Quasi vero [id.] Mars praecise significaret bella, et bellum non aliunde nisi a Marte significaretur. Sic enim rediremus ad astrologorum minutulas regulas. Bellum et nuptiae et negociatio et gubernatio sunt respectu actionis caelestis sub eodem genere. Et videmus aliter ab hoc administrari bella, aliter ab alio. Forsan igitur etiam inter bellicas [id.] rationes Julii et Octavii aliquid notabile interest, etsi eventus utrinque idem. Id notent, qui historias diligenter legunt, mihi non liquet. Videtur — Augustus — bella (quae non a necessitate caelesti sed terrestri et politica regibus objiciuntur) magis faelicitate quadam sua et per alios, quam labore proprio conficere debuisse, quia Mars abest a Sole et non nisi laxo quadrato ipsi configuratur. Sane id et in Carolo V. apparet: cui itidem Mars est a Sole separatus. Sic habet [sic] simul et thema Augusti, et exemplum methodi meae, qua ego utor in judicando, quantum ad thema attinet. Nam de distinctis temporibus aliud etiam addendum esset. Admitto igitur fixas, loca Zodiaci, alta, humilia, puncta solstitialia, situs respectu diei et noctis, ascendentis, medii caeli, et oppositos angulos, configurationes, directiones, revolutiones, transitus, at nullam dominationem planetarum in signa, nullas partes fortunae bellicae.

f. 110. p. 174. Ex literis Tychonis Brahe Dani
ad Maestlinum excerpta.

Petit ab ipso observationes eclipsium ad explorandam meridianorum distantiam. Inde de eclipsibus sic:

Ad ultima duo luminarium deliquia, quae in Februario proxime
elapso contigerunt — anno 98. — te sedulo animadvertisse non
dubito. Quare momenta et *φάσεις* isthic animadversas indica. Lunae
eclipsis, quae 11. ejus mensis die contigit, hic — prope Hamburgum
— ubi polus elevatur 53°.35½′, principium habuit, quando superior
Lunae limbus attollebatur supra horizontem gradibus fere 24°, hinc
tempus provenit adhibito viso loco Lunae juxta nostram restitutio-
nem, et refractionum impedimento sublato, hor. 4°.14′ post mediam
A noctem antecedentem. Finis deliquii infra horizontem evenit. Visa
B autem est Luna tota fere offuscari minimâ ejus portiunculâ ab umbra
Terrae liberâ existente. Solis eclipsatio, quae 25. die accidit, hic,
C quantum inter recurrentes nubes animadvertere licuit, initium habuit
horâ 9°.52′ ante merid., per armillas aequatorias 6 pedum in dia-
metro (nam instrumenta mea astronomica huc in Germaniam e Da-
nia, ut conscius sis, transtuli) temporis momenta denotando: medium
ejus, uti neque finem, ob crassiusculas et continuas nubes interve-
nientes conspicare non dabatur. Conveniunt haec tempora in utraque
eclipsi satis praecise cum nostro redintegrato calculo ex 18 Lunaribus et
6 Solaribus [eclipsibus] prius subtiliter denotatis eclipsationibus de-
prompto, ut de aliis hinc inde saepenumero [sic] expressis luminarium
motionibus [nihil] huc etiam conducentibus nihil addam. Quantitas
corporis Solaris Lunae interventu offuscati debuit juxta mea ratiocinia
esse digit. 10¾ in hoc horizonte, idque a superiori parte, cum cal-
D culus Coperniceus [sic] et phasin et momenta obscurationis aliter ex-
hibeat, uti et in Lunari eclipsi tam is quam Alphonsinus nimium cis
et ultra exorbitarunt. An deliquii Solaris magnitudinem nostris numeris
recte attigerimus, judicent illi, qui ejus medium sereniori aurâ usi
conspexerunt.

Id vero sciendum est, Lunam in noviluniis eclipticis non apparere ea magnitudine, qua alias in pleniluniis, utut in eadem fuerit a Terra remotione, sed *quasi pro quinta parte* eam certis de causis alibi

---

766 „☽ 11. Febr. 98." N. H.

771 Diese Buchstaben sind von Kepler an den Rand gesetzt, weil sich darauf seine Bemerkungen beziehen. — „hor. 4°. 14′" [sic]; ebenso noch mehrmals, z. B. 775: „horâ 9°.52′." Herwart schreibt geradeso.

773 „☉. 25. Febr. 98." N. H.

reserandis *constringere.* **p. 175.** Unde fit, ut Luna nunquam totum Solem prorsus obtegere queat, etiamsi centraliter quoad visum interponatur, lumine Solari eam aliquali adhuc vestigio ambiente, quod E et in ultimo hoc deliquio animadverti poterant illi, quibus [sic] maxima obfuscatio patuit. Oportuit enim tunc Solem de Lunari corpore utrinque plus includere, idque corniculatim, quam linea per diametrum ducta exigebat, utut Lunae diameter tunc fuerit juxta nostrum etiam calculum $34\frac{3}{4}'$. Apparere autem apud Solem non potuit major quam $28'$, quam limitationem a nemine antea animadversam cognovi, sed F in aliquot Solis observationibus, cum tam a superiori quam inferiore parte tegeretur, sic me docuit experientia. Tuum erit, quid in his et similibus compertum habeas, mihi etiam aperire etc. Hactenus Tycho.

Notae ad hanc epistolam. A. Cum Mercator inter meridianum Hamburgensem et Graecensem 7^0 circiter gradus [sic] ponat, ergo hic incipere debuit h: $4^0.42'$. At ex Prutenicis tempus proditur hîc h: $3^0.45'$. Differentia $57'$. En fidem meaè observationis in appendice prognostici positae.

B. Adeo attenuata ejus lux est, ut tandem sub aquosis exhalationibus circa montes versantibus mihi evanuerit. Nam etiam propter minorem altitudinem poli citius mihi occidit quam illi, circa medium scilicet.

C. Additis $28'$, prodit tempus Graecense h: $10^0.20'$. Calculus prodit h. $8^0.45'$. Differentia: h. $1^0.35'$. Hoc rursum ad observationis meae fidem pertinet.

D. Bene scopum attigit Tycho. Vidi medium, sed raptim inter nubes crebras. Videbatur esse 9 digitorum aut paulo plus, minus scilicet sub 47^0 gr. latitudinis, quia eclipsis borealis fuit. Hamburgi enim elevatio $53^0.35\frac{1}{2}$.

E. Idem et ego animadverti, Lunae circulum angustiorem circulo Solari.

F. Maestlinus ad me scripsit, se idem jam pridem quoque animadvertisse, non tantum in eclipsibus, sed etiam, quando Luna stellam aliquam tegeret.

---

794 Es wird wohl zu konstruiren sein: Lunam .... eam (sc. magnitudinem) constringere.

803 „superiori", „inferiore", sic.

812 sq. „Nam etiam" — „medium scilicet" ist später eingefügt.

Epistola II.

S. P. D.

f. 191. p. 350. Literas tuas, magnifice Vir, 16. Maji scriptas die 25. ejusdem mensis accepi. Munus liberale animo gratissimo accepi: una cum libello Ursi. Sed cum notum mihi sit, quale genus gratiarum actionis a me expectes: praeterquam quod omnia mea studia, promptitudinem, diligentiam tibi vicissim parata esse significem, nihil in praesentia porro addam, at literas tuas aggredior.

Primum de Tychonis circa Lunae corpus hypothesi, gaudeo meas in utramque partem meditationes tuis congruere. Neque enim exiguum est, quod a tot historicis ipsi potest objici, conspectas semel atque iterum eclipses, tenebris [K.] ipsa nocte quodammodo majoribus. *Tantas* enim *tenebras esse, cum Solis circulus luceat, vix est credibile. Nisi Solare corpus instar carbonis igniti aut candentis metalli lucem non tam a superficie, quam ab intima substantia spargere dicamus. At contra, si probaverit nobis suum παράδοξον opticum; alia utique ratio esse nequit, nisi illa altera quam affers,* quamque ego sic explico, quod Lunare corpus, non minus atque Terrestre, re quapiam pellucida, qualis est in Terra aër et vapores, ambiatur. Cum ergo Luna ex opposito Solis stat, recipit lucem Solis non tantum corpore suo, sed multo magis etiam illa quasi se amiciente nube. *Nam et hic in terra* nubes adeo clarum excipiunt et repercutiunt Solis jubar, ut Solem ipsum pene condant, et *lux crepusculi (quae a vaporibus spargitur) stellas nobis adimit.* Non mirum igitur, si materia illa circa Lunam, ἀνάλογος nostrati aëri, tanta fulget claritate, ut solidum Lunae corpus ejusque lumen quasi secum confundat, ut pro eodem habeantur. *Maestlinus*, ut annotavi c. 16. fol. 54. libelli mei, *in hac sententia est*, *cujus rationes omnes aliquando expiscabor*. Jam posito hoc analogico aëre cir- **p. 351.** ca Lunam, bifariam potest ratio reddi, cur minor appareat Luna in novilunio. Primum enim, si pellucidus est ille aër, lucebit ergo circulus circa Lunam,

---

[836] „De Solis et lucis totali obscuratione". N. H.

[838] „Vel solem ex centro sui orbis lumen effundere". N. H.

[841] „Vel extremitates circa Lunam, luminis capaces, esse pellucidas". N. H. Zwischen „*dicamus*" (840) und „*At*" sind vier rothe Striche.

et haberi posset circulus ille lucidus [cum] pro parte Solis, sicque Sol in totali etiam eclipsi videri posset major esse quam ut tegeretur totus, quamvis tegatur totus. Haec ratio „prima" similis est tuae causae alteri primo loco allatae [3d.]. Verissimum enim est (quod ego nunquam antea perpenderam), si Luna corpus Solare nequeat totum tegere, fore ut plus nos cernamus de Luna, quam partem non illuminatam. Cernimus igitur circulum illuminatum a Sole. Demonstratio ex opticis est in Reinholdi commentatione in theorias Purbachii. Sed hoc si fiat, ut circulum de Lunâ illuminatum cernamus, necesse est, ut simul circulum de Sole cernamus. — Et contra, si Sol totus a Luna tegitur, id ipsum demonstrat, nihil nobis de parte Lunae illuminata esse conspicuum. — Non itaque causam reddidimus, cur Sole toto [id.] tecto circulus tamen luceat (quod tamen probandum esset), sed id [sic] tantum, cur circulus ille Solis eminens major justo appareat. Quamvis ne hoc quidem sequatur. Quis enim circellum Lunae lucentem circello Solis accenseat? Cum tanta sit differentia lucis utriusque.

Caeterum, neque hanc tuam primam causam, neque illum meum alterius tuae causae modum habere locum, inde probatur. Loquuntur enim tantum de totali Solis eclipsi; at Tycho, qui id [axioma] problema [id.] nobis demonstrandum proponit, nullam unquam totalem vidit eclipsin, ex qua hoc colligeret. Ergo amplectamur modum ex duobus propositis alterum, ut ille aër circa Lunam, qui lucet in plenilunio, pelluceat in novilunio, — sic, ut in Solis corpore umbram facere nequeat, — ibique solum corpus ☽ faciat angustiorem circulum, qui in Sole notatur. Quo modo videor fere ad illa respondere posse, quae supra **f. 192. p. 352.** Tychoni ex historiis objecta sunt. Nam lux illa Solis residua primum exigua est, deinde sparsa a tenui (non valde profundâ) superficie; Sol vero non tantum pro modo visae latitudinis suae circularis, nec tantum pro modo radiorum perpendiculariter aut acutis angulis defluentium a corpore, sed etiam pro modo profunditatis et corpulentiae ad incrementum lucis confert, ut supra dicebamus. Tertio: radii, quod modo dixi, acutissimis angulis a corpore Solari defluunt. Angulus enim contactus minor est omni angulo rectilineo, ut ajunt Geometrae. Q u a r t o (quod proprium est hujus loci): hebetatur vehementer, quicquid est residuae lucis Solaris, in trajectu obscuri et vix pellucidi aëris.

His ergo 4 [id.] de causis mirum non est, si Solis ille circulus residuus omni plane virtute spoliatus amplius aliquid non conferat ad illustrationem Telluris, quam aliquot contiguae stellae in caelo. Atque cum universum agmen stellarum absente Luna tenebras illas

profundas, quales Clavius describit, tollere nequeat, quid mirum, si ne quidem a residuo illo et vix visibili lumine Solis [cerni] prohiberi tantae tenebrae possint.

De Tychone ipso miror, si, non contentus ex Huena Hamburgum, inde Witebergam (quod ex Witebergensis tabellarii relatu, suppresso tamen Tychonis nomine, colligere potui) transire, jam etiam Pragam contendat. Quod si fiat, dabo et ego operam, ut ipsum invisam; sic enim ab ipso sum invitatus. Et jam pridem Witebergam ejus causâ abiturus eram.

De ejus [orbe] sphaerâ stellatâ sic habet res. Cum gaudeat Tycho multorum regnorum et provinciarum privilegiis, misit ad ipsum quidam Amstelredamensis [sic], cujus nomen mihi excidit, filium in Daniam, qui stellas ad octingentas ex resti- **p. 353.** tuto Tychonis catalogo describeret, quas pater ejus, qui missus erat, accepta a Tychone privilegii indulgentiâ sculpendas in [id.] aere suscepit, — adjectis 200 reliquis septentrionalibus stellis ex antiquis catalogis. — Exemplar unum, jam in globi formam redactum, horizonte, meridiano et omnibus ad usum globi necessariis instructum, quidam ex Mercatorum Duisburgensium prosapia, qui Noribergae sedem fixit, ex Hollandia Gratium attulit cum alia picturarum, et instructissima quidem, supellectile. Erat adjunctus globus terrestris ad eundem modum [korr. aus motum] instructus et picturis illustratus. — Editus anno 1589 authore Antwerpiensi quodam, cui Rosenbergio, si bene memini, nomen est. — Ambos 50 thaleris initio aestimabat, nec separatim se vendere [korr. aus ventere] illos ajebat. Et quamvis 40 florenis denique emi potuissent, nemo tamen erat in tanta temporum [id.] confusione, qui emeret. Diameter [utri] globi pedem artificialem aequabat. Cum discederet ille nomine et conditione Mercator, reliquit illos hic apud quendam Davidem Heldium, qui quidem hactenus illos, sed alieni juris factos, detinuit. Cras enim mittet illos Viennam ad alium mercatorem, cui venditi sunt jam pridem a domino suo. — Nomen Viennensi [sic] jam discere nequivi, sed sequenti occasione scribam. — Et ille quidem Viennensis ideo emit, ut rursum venderet; sic precium augebitur. Quod quamvis sciam, impedire tamen non possum, ne Viennam transferantur, quia de tua voluntate mihi non constat.

De libello Ursi quod meum expetis judicium, etsi grave mihi puto de aliorum scriptis sententiam ferre; tamen, quo promptius id de hujus in specie authoris et hoc quidem libello faciam, et causam habeo peculiarem, utque opinor luculentam, et eandem tibi hoc a me petendi causam **f. 193. p. 354.** non postremam fuisse suspicari pos-

sum. Etenim pagina D, fol. 1. epistolam quandam a me scriptam publicavit; in qua cum summis a me laudibus evehatur, Tycho vero, ejus adversarius, a me [eodem, ipse] quoque maximi fiat: sperasti forsan, aequum me futurum esse judicem illius litis. Atqui celare M. T. nequeo, praeoccupari me affectu quodam in partem alteram. Nam turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur, cum illam epistolam ad Ursum scriberem, ante annos fere 4, qui ne nunc quidem nuces [sic] omnino reliqui, et paulo ante libellum ejus, cui fundamentum astronomicum nomen dedit, legissem; accederent etiam praedicationes illius, quem in calce epistolae nomino, M. D. Sigismundi Wageni de famâ hominis per Italiam et Germaniam, deque ejus admirabili sollertia: nescio quo poëtico abreptus spiritu epistolam illam subito effutii (erat enim occasio mittendi praeceps), calamoque, ut etiamnum memini, ultra metas rationis et conscientiae sum provectus. Nam si nihil aliud, illud certe nimium fuit, quod, illo praeceptore, id est libris ejus, hoc quantulum est eruditionis acquisivisse me in mathematicis, ultro sum professus. Aliqua notatu dignissima ex ejus libro hauseram, librum praeterea nullum videram ab ipso editum; et quod caput [est] erat intenti mei, videbar in illo libello synopsin aliquam brevem reperisse cum Euclidis, tum Regiomontani de triangulis. Itaque ex illis praeceptis sive figuris, quas omnes in unam dimidiae paginae faciem transscripsi, postmodum corpora **p. 355.** Geometrica, uti postulabat inventi mei ratio, neglecto Euclide computaveram. Hoc illud est, quod inventionem meam illi acceptam fero. Fore enim ut epistola [id.] ederetur, sperare nunquam potui. Nec prius editam scivi, quamvis ter quaterve ad ipsum scripserim, quam, id mihi a Tychone exprobrari, ex Maestlino rescissem: quod fuit superiori [Aprili] Februario [id.], eo ipso tempore, quo et Tychonis autographum per decem menses alicubi detentum accepi. Gratissimum ergo mihi fecisti, qui libellum diu jam a me desideratum transmisisti. Nam quid omnino scripserim, meminisse non poteram, nec quae me causa ad laudes tam immodicas potissimum impulisset (aliqua enim occurrebant *συναίτια*), incidebat. Quam autem grave mihi sit, quod mea illa epistola Ursus quodammodo triumphet (cur enim luce dignam judicaverit, aliud nihil video; nam pro materiâ epistolae scit extare libellum meum, et fatetur), quodque meâ ridicule usurpatâ, maximi scilicet viri, authoritate ad [convicia] criminationes [id.] suas ornandas et approbandas abutitur [sic], et hoc pacto sciens volensque, nec laesus a me summi viri mihi conciliat [sic] odium (quamvis non

minor est Tychonis me excusantis humanitas quam exprobrantis candor), et quod nomen meum intempestiva inventorum collatione invidiae doctorum, quicunque illi sint, objicere in hoc primo aditu famae meae non veretur [sic]; id, inquam, quam grave mihi sit, intelligis. Quare nec immunem me esse a praejudiciis et affectu, juxta constat. Sed tamen quia ipse me judicem hujus litis quodam- **f. 194. p. 356.** modo constituit, dum epistolae meae suffragio famam molitur: existimo, jure mihi licere quod sentiam pronunciare. Sed quid multis. Privatum erit hoc judicium, et utrarumque [korr. aus utras...] partium advocatum apud me agis. Agam igitur (ut juridice ineptiam) ex compromisso.

Varie autem considerari potest ejus scriptum. Primum itaque modum ipsum accusandi et convicia sive regesta [korr. aus ingesta] sive ultro illata M. Tuae consideranda relinquo. Nam si modum ab ipso transscensum in criminando dixero, idem mihi in laudando imputabitur. Cumque saeva convicia metuant homines, adulationes contra oderunt. Fortassis itaque pares in utrasque partes fecimus progressus: ut non habeat [korr. aus habet] jure quod alter alteri objiciat.

Quod litem attinet, uter alteri surripuerit hypotheses: existimo, id rectissime tum appariturum, si prodeant in lucem utriusque opera. Ipsa enim sese veritas asseret et magnitudine sua obtrectationem contrariam obruet. Videri tamen aliquid etiam inde potest. *Fatetur Ursus, se hypotheses illas suas non a seipso habere, nisi quatenus aliquid differt a Tychone. Contendit vicissim Tycho, quas profiteatur hypotheses (qua parte discrepant a Copernicanis), eas se suo marte invenisse,* nec aliquid simile uspiam vidisse. *Contra Ursus, et suas et Tychonis deductas esse ex Apollonii Pergaei jam pridem circa tempora Christi publicatis hypothesibus.* Hujus sui pronuncia- **p. 367.** ti causam reddit, *loca aliqua Copernici, in quibus partim ipsa hypothesis Tychonis expresse ponatur ab ipso Copernico, partim vero Apollonio Pergaeo ascribatur. Atqui nihil minus iis locis Copernicus dicit, quam hoc ipsum, quod vult Ursus. Neque enim Tychonis hypothesin exprimit (fallitur ex allusione Ursus), nec eam Apollonio Pergaeo ascribit.* Cum ergo fateatur Ursus, 1. [1.d] se hausisse suam hypothesin aliunde, 2. invenisse expressam in Copernico et attributam

997 Die ganze Stelle „*Fatetur Ursus*“ — „quaerendo comperimus.“ (Z. 1102) ist in zwei grosse ( ) förmige Klammern von schwarzer Tinte eingeschlossen.


1004 Am Rande: F. D. 2; viell. = fol. 2. b [B?]? Ebenso Z. 936.

1005 „De Apollonii Pergaei hypothesibus“. N. H.

Pergaeo, 3. eandem esse, quam habet Tycho: fatetur ergo, se descripsisse illam ab aliquo, qui idem dicit quod Tycho.

Notetur hoc, quod qui Urso suas monstravit hypotheses (dempto exiguo, quod mutatu facile est), is eadem plane ὑποτιθεῖ cum Tychone. Quis autem is est? Ursus dicit, Copernicum illum esse, et in eo Pergaeum, praetereaque neminem. Nemo itaque est author Ursinarum praeter aut Pergaeum in Copernico aut Tychonem. At ego dico, Pergaeum non esse authorem Ursinarum, nec Copernicum. Ergo solus Tycho, praetereaque nemo, fuit Urso commonstrator ad suas hypotheses. Firmamentum causae in eo est, ut genuinum sensum Copernici habeamus. Caetera confessione sua concinnavit Ursus ipse. Ergo *lib. 3. cap. 25. „Revolutionum", ubi Tychonias* [sic] *Ursus a Copernico putat exprimi, largitur quidem Copernicus, aliquos ex motibus, quos ipse Terrae tribuit, Soli transscribi posse, sed non id largitur de motu annuo; nec* **f. 195. p. 358.** *de motibus 5 planetarum capitalibus* [1d.] *ibi agit; nec id fert argumentum libri, quod versatur in explicatione solius motus Solaris* (sive Terrestris) sine respectu motuum caeterarum stellarum.

Ad evidentiam rei describam duo schemata mentem Copernici explicantia.




Haec est hypothesis Copernici circa unum orbem Terrae et Solis.

In priori schemate: A centrum et mundi et corporis Solaris. B centrum epicycli, quod salvat eccentricum (Copernicus ex epicyclio et magno orbe facit eccentricum, sed idem esse ipse ait). Et B illud aequaliter per anni spacium circa A circumit. C centrum epicyclii, quod mutationem praestat eccentricitatis. Illud C itidem annuo motu circumit circa B in partem contrariam. D Terra est, quae intra annos 3434 circa C circumagitur.

1029) ssq. In beiden Figuren sind die Kreise von Kepler nur geritzt, wie man an der Rückseite und an einzelnen Stellen der Figur selbst deutlich sieht; Herwart hat sie dann mit rother Tinte nachgefahren.

In altero schemate: F est centrum mundi et motus Terrae H, quae annuo motu adhuc aequaliter circumit. E est centrum corporis Solaris, quod circumit circa G centrum in annis 3434. G est centrum epicycli, qui Solem E fert, praestans apogaei [korr. aus apogaeorum] Solis [1d.] progressum. Nam in annis 17108 secundum Copernicum et Prutenicas circa F **p. 359.** circumit sub fixis. Itaque movebitur quidem loco suo Sol — duobus motibus —, sed tardissime, nec multum. Sunt enim circelli valde angusti ad comparationem ejus circuli, in quo in utroque schemate Terra currit. *At Ursus, seu inscitia seu stultitia (qui haec neminem intellecturum speravit), putat, Copernicum de tali motu Solis loqui, qui sit similis motui Terrae annuo Copernicano, quique aliquid in parallaxibus 5 planetarum inferat. Nam hi duo, Soli secundo loco concessi a Copernico, in consideratione caeterorum planetarum negliguntur, sive Terrae sive Soli attribuantur, quamvis, postulante id* [1d.] *demonstratione, exiguum aliquid inferant, quod videtur sentire in observationibus Tycho.* Haec de primo loco



Haec est mutatio, quam lib. 3. cap. 25. etiam possibilem ponit et in dubio relinquit.

In reliquis locis ex Copernico allegatis, *lib. 5. c. 3.; 35.* adhuc multo pejorem causam habet Ursus. Copernicus *mentionem Apollonii Pergaei ejusque lemmatii* [sic] *ex Ptolemaeo transtulit, quod miror* [korr. aus mirum] *non legisse Ursum in Ptolemaeo.* Sententia Pergaei toto fere genere alia est. Non enim versatur ille in consideratione integri sytematis 5 planetarum, quorum centrum in corpore Solis sit, ut Tycho, Ursus, Copernicus et antiqui; sed solum in eo, ut dicat, qualem proportionem habere debeat epicyclus cujuslibet planetae seorsim ad suum orbem proprium, et horum ad motum [korr. aus motus] anomaliae [utr] commutationis et motum aequalem [K.] periodicum, ut ex tali proportione sequatur planetae illius statio et regressio. Sic etiam defectus ejus hypotheseos in eo fuit, *quod Pergaeus opinatus est, quemlibet planetam una tantum inaequalitate variari, quae a Ptolemaeo salvatur per epicyclum, nesciens, ipsum etiam epicycli*

centrum inaequaliter incedere, sive secundum Ptolemaeum in eccentrico. — *Pergaeus* non *commendatur a Ptolemaeo* ob ipsam conditionem hypothesium, sed *ob subtilitatem demonstrationis* sane pulcherrimae. Vide *Reinholdum* in theorias Purbachii, capite: *de stationibus.* — Hunc allegatorum locorum sensum esse, omnes **f. 196. p. 360.** professores dicent. At Ursus, aut caecus aut vafer, interpositione parenthetica vocis (m o b i l i s) persuadere vult, Pergaeum, vel pro eo Copernicum, [K.] — loqui — de communi illo motu omnium 5 planetarum [propter quem] propter Solem, centrum illorum, annuo motu circumactum; de quo motu Tychonis hypotheses sonant, quique a Copernico Terrae tribuitur. Atque hoc est firmamentum causae. Qui haec perpendit, illi jam ultro suspicio oritur [con] ex omnibus circumstantiis. Fatetur se furti philosophici reum, se Magdeburgi sententiam Tychonis de mundi habitu publicam fecisse, sed juxtâ suam, natam scilicet [in] ex [1d.] quadam [urbe] matre [1d.], quae nuspiam est, ut modo quaerendo comperimus.

Tertio quaeras fortasse, num quid utile aut eximium contineat libellus iste? Nec enim, quid potissimum scire desideres, scio. Respondeo, etsi astronomicis in rebus — quantum ad intellectionem artificum, Ptolemaei et Copernici — nulla videatur ejus eruditio (nisi insigniter malum quis dixerit), nihil tamen prohibet, bonum esse geometram, bonum arithmeticum. *Problemata, quae allegat, scire et ipse percupio*: methodum observandi scribere alii quoque possint. *Si tamen ista problemata tractaret, astronomum faterer* [2d.] *nec* [korr. aus non] *rejicerem talem libellum.* Mysteria sinuum et angulorum in praesentia non possum discutere. Opus enim esset ejus „fundamento astronomico", cujus exemplaris (quod in urbe novi) dominus peregre est. Nam in geometricis rebus certa est scientia, ut nosti, et axioma aliquod aut scimus, aut nescire nos scimus; at in astronomia locum habent opiniones, quantum ad h y p o t h e s e s attinet. Itaque in geometria nullius inventa rejiciuntur, in astronomia quosdam rejici **p. 361.** necesse est. Ex eo fit, ut qui fidit ingenio, cujus experimenta in geometricis fecit, is facile omnes rejiciat et negligat astronomos: id quod Ursus facere videtur. Hanc enim mihi imaginor esse ejus sermocinationem: Geometriam intelligo, sum faelix in inveniendis novis problematibus. Quidni et in astronomia prae caeteris verum viderem? Cum ergo se mutuo refellant astronomi, negligam omnes meopte ingenio contentus. Sunt enim intellectu difficiles, et tempore


1088 ssq. „*Pergaeus non commendatur.*" Diese Randbemerkung beginnt schon neben Z. 1084, aber ohne ein Zeichen, wo sie einzufügen ist.

opus est ad legendos cum judicio. Redimam igitur tempus, et utilioribus incumbam. Ex hac igitur consideratione fieri equidem potest, ut in artificum astronomia imperitus Ursus, in geometria tamen sit ingeniosus et exercitatus. At Ursus ex geometriae et arithmetices scientia vult judicium fieri de astronomo. Verum quidem est, qui alis caret, nunquam se attollit. At non contra, qui alas illas Platonicas habet, propterea statim et volare scit.


Porro meminit authorum quorundam, quorum habet notitiam, illosque insignibus accenset Mathematicis, ut *Vietam, Birckerum, Rubeum* et alios. *Mihi in hoc angulo Germaniae, hac solitudine de nullo constat. De Clavio* possim fortassis apud Jesuitas inquirere, quaenam ediderit, praecipue de illo artificio, quod *linea et circino docet repraesentare astrolabium.* Sed ne tantula [korr. aus tanta] quidem familiaritas huic tempori videtur esse accommodata. Nec memini quemquam inter nostrates Jesuitas in arte excellere. Quod si ex Mag. T. intellexero, *quaenam horum authorum, quos nominat Ursus, extent opera*, proximam illam curam suscipiam, ut illa meis usibus comparem.

Tandem, ut etiam aliquid de Tychonis hypothesibus dicam, illum ego censeo authorem et inventorem. Ac fieri sane potest, ut suapte sponte invenerit, non manuducente sententiâ Copernicanâ, et nihilominus talem constituerit mundum, qui facile ex immutatione sententiae Copernicanae [korr. aus Copernici?] elici potest. Etsi vero parum adhuc mihi constat de specialibus ejus hypothesibus, quae generali hypothesi nituntur; **f. 197. p. 362.** tamen ex his, quae hactenus mihi cognoscere licuit, judico, *bene sperandum de Copernicanis.* Habet ille unicum hoc commodum, quod illa ingenti mole sphaerae fixarum est liberatus; caetera omnia, quae Tycho afferet ex verissimis suis observationibus, facile ad Copernicum transferri possunt et poterunt. Exempli loco sumantur haec duo: 1. Declinatio fixarum stellarum a Zodiaco, quam Tycho profitetur demonstraturum [sic], quâ declinatione mutentur latitudines stellarum fixarum. At quis non malit cum Copernico statuere, Terram annuo suo motu esse in causa, et non quotannis idem iter inter fixas ad unguem observare, quam ut cum Tychone dicat, totam spaeram fixarum ad Zodiacum, hoc est ad orbem terrae annuum inclinari. Zodiacum enim, vel mediam ejus lineam, eclipticam, ut nosti, Sol Ptolemaeo describit motu annuo, Copernico terra.

2. *Scribit ad me Tycho, orbem ipsum Solis ampliari, cumque Sol sit centrum 5 planetarum, inde fieri, ut sentiatur in 5 planetis haec ampliatio, et in Marte* $1\frac{2}{8}$ *graduum differentiam pariat.* **Ὑπόθεσις**



Tychonis observatio in sua hypothesi.



Tychonis observatio de Solis ampliato orbe, traducta ad Copernici hypotheses.

τεχνικωτάτη et mihi valde credibilis. *At ego similiter dicere possum, orbem Terrae annuum ampliari, eademque* sequentur. Si enim alteruter orbis amplietur, Terra Marti in oppositione ☉♂ fit propior, in ☌☉♂ fit a [1d.] Marte [korr. aus Marti] remotior. Et contra, si orbis arctetur, terra in ☍☉♂ fit a [1d.] Marte remotior, in ☌☉♂ fit propior ipsi. *In Physicis vero sive cosmographicis disputationibus longe verisimilius erit, unam terram omnibus quinque planetis ampliori gyro facto appropinquasse, quam si quis dicat, 5 planetarum sphaeras cum Sole, ipsarum centro* [sese ad terram demisisse] *a terra in ampliorem gyrum ascendisse.*

Fig. I.

1.	☉	in orbe	ampliato,
2.			medio,
3.			arctato,
4.	♂☌☉	in orbe	ampliato,
5.			mediocri,
6.			arctato,
7.	♂☍☉	in orbe	ampliato,
8.			medio,
9.			arctato.

Fig. II.


1.	Terra orbis	ampliati	in ☍♂☉.
2.		medii	
3.		arctati	
4.		arctati	in ☌♂☉.
5.		medii	
6.		ampliati	

1169 ssq. Von beiden Figuren gilt dasselbe, was zu 1129 ssq. bemerkt wurde, Kepler scheint also keinen ordentlichen Zirkel besessen zu haben.

Incidit mihi et hoc, quod Ursus dicit, *Copernicum Aristarchi Samii hypotheses usurpasse.* Id verum est, ut patet ex *nota Maestlini ad Rheticum in libello meo fol. 116.;* quod nisi legisset Ursus, fortassis ex lectione Archimedis non erat sciturus, cum sit occupatus lectione historicorum. Et tamen dissimulat. Certe *Copernicus non legerat.* Sed et in *isto errat Ursus, quod putat*, **p. 363.** *primum Aristarchum ita* docuisse. Imo vero *et Aristoteles plus 50 annis ante* de hac Copernicanâ hypothesi quid scivit, *eamque Pythagoricis ascribit, et refutat* ipsorum argumenta; sed ita refutat, ut facile pateat, Aristoteli nec mentem Pythagoraeorum, nec astronomiam satis cognitam fuisse. Possumus autem haec ex Aristotele colligere: *1. Solem ab ipsis positum esse in centrum mundi (Aristoteles τὸ πῦρ* dicit, sed hac voce Solem intellexerunt). 2. Terram circa Solem annuo motu circumire [korr. aus circumiisse]. *3. Lunam (quam in Aristotele antichtona dici contendo) circa Terram volvi et eclipses causari* [sic]. 4. Sphaerarum fixarum tantam esse distantiam, ut totus ille Terrae orbis evanescat ad fixas collatus. 5. Retrogradationes planetarum videri propter motum Terrae. Haec illos sensisse, quos refutat Aristoteles, ex ipso Aristotele manifestis verbis probatur. At est haec eadem sententia, quae Aristarchi, quae Copernici. Ergo non est, ne hac quidem in parte, bona Ursi relatio de hypothesibus. *Ego*, quod conclusionis loco sit, *antiquissimae doctrinae de mundo firmissimo assensu adhaereo,* quicquid Ursus de falsitate omnium, quae unquam fuerunt, hypothesium contendat. Hactenus itaque de libello Ursi. Plura non potui suspicari, te quaerere. Si tamen quid amplius est, quod scire desideres de illo libello [3d.], quodque explicare sciam, promptum me exhibebo.

De quaestionibus astrologicis quod mones, aperiri portam exemplo meo *infinitis aspectibus confingendis;* de eo mihi satis provisum esse videtur. Totam rem *explicavi cap. 12. mei libelli, fol. 40.* Illud quidem verum est, antequam causam ego in hunc modum reperi, valuit haec apud me argumentatio: Si 5 aspectus operantur, infiniti operabuntur. Vana est igitur doctrina aspectuum. Nam Ptolemaeus causam quidem dedit, cur homines hos potissimum elegerint, caeteros omiserint, at non probavit, naturam ipsam plures non habere. At non est naturae mensura hominis electio. Reinholdus in commentariis in Purbachium ad musicam **f. 198. p. 364.** et ipse provocat, quemadmotum [sic] et Cardanus in commento super Ptolemaeum. Sed neuter satisfacit attento lectori, et fit per accidens, ut aliqui aspectus aliquibus harmoniis recte accommodentur; non tamen

omnes omnibus recte accommodantur; et potest his quoque opponi, quod mihi opponis: Infinitas propemodum esse harmonias, an igitur et infiniti aspectus. Mihi itaque hoc objici non potest. *Non sunt enim plures fidis divisiones harmonicae quam 7, aut, si, cum non dividitur fides, id accenseas, octo.* Et 5 usitati aspectus recte accommodantur. Quare aut causa confingenda est, cur 5 aspectus operentur, 3 non; aut 3 residui in consortium admittendi sunt. Id etsi fiat, tamen janua, quâ admittuntur, intra aedes est; quâ patefactâ domus nihilominus adhuc clausa est, populusque infinitorum aspectuum foris stat, januâ summotus exteriori. Tentetur autem negocium in qualibet fide, an infinitae sectiones esse possint. Videor autem te juvare posse schemate ad rationem penitus introspiciendam.



Hic sunt [sex] fides octo extensae super chelyn. A, B etc. sunt termini fidium seu capitella, super quibus tenduntur. Possunt etiam intelligi pro octo circulis in rectum extensis. Propter quod dedi integrae fidi numerum circuli 360. Quemadmodum igitur apud musicos u n i s o n u s dicitur **p. 365.** perfectissima consonantia, et si una fides AB pulsetur, nullo per totam AB longitudinem admoto stylo, sive hypomochlio, sive dissepimento, sonus simplex et purus est sibique constans, et plures aequales aequaliter tensae fortissime consonant,


adeo ut in antiquis problematis quaeratur, quare ex unisonis fidibus in diversis chelybus alterâ pulsâ, reliqua, quamvis intacta, consonet, et ipsa quoque moveatur: ita, si duo planetae in eodem loco stent, fortissimus censetur aspectus. Semper enim A et B, vel C et E etc. pro uno puncto sunt habenda, si de circulo cogitemus. Jam dividatur spacium sive longitudo, super quam fides extenditur, in partes aequales 360, ascriptis numeris, et apud [korr. aus aput] numeros 60, 72, [135, 144, 270, 280] 90, 120, 135, 144, 180 suppone fidi sepimentum, sic ut fides quodammodo in duo frusta secta videatur, et duos sonos edere possit. Quo facto pulsa partem CD, DE, et attende ad sonos; deinde remoto sepimento pulsa CE totam; soni hi tres harmonice consonabunt.

At si sepimentum aliis quibuscunque punctis a me non indicatis per positos numeros applices fidi, partes aut inter se, aut cum tota non consonabunt harmonice. Apposui autem etiam numeros divisionis minores sub linea, ut ii essent indices, quae divisio quam harmoniam in meo libello expressam efficiat. Hujusmodi experimentum si tibi luberet capere, puto, et jucundissimâ naturae admiratione perfunderis, et fidem ipsis etiam aspectibus adhiberes.

De Geniis non pugno. Suspicor: non ἐπίσταμαι. Forsan olim ab aliquo ratio naturalis reddetur, ut Geniis non sit opus. Quod autem mera sit superstitio in astrologicis, id ab Ecclesiae Romanae cive dici aliter non potest. Certe philosophi, expensis quae ad te scripsi, cum delectu astrologiam rejicient. Scientiae omnes ab experientia oriuntur. Experientiam autem philosophus aliquis astrologo nolet eripere, dummodo valeat aliquo in caeteris etiam rebus communibus judicio. Et omnino mihi persuadeo, haec philosophica ex astrologiâ problemata ne ipsam quidem Romanam Ecclesiam rejecta velle, usum for- **f. 199.**
p. 366. tassis rejecerit, de quo non pugno. Nunquam enim a vulgo sine superstitione leguntur, quamvis generalissime dicta. Ego vero, qui generalitatem significatorum et expertus sum, et in philosophia didici, qui infinitam materiae, circumstantiarum et occasionum confusionem, quae praesciri nequit, perspectam habeam, non plus moveor significatis astrologicis, quam significatione physiognomicâ, significatione temperamentorum, significatione crisium medicarum. Itaque me sic a superstitione immunem esse censeo.

De magnete si quas habes observationes ex Hispanicis libris collectas, ut, si hoc vel illo certo loco magnes a meridianâ linea tot vel tot gradibus declinaverit (quamvis, lineam meridianam a nautis in tam remotis orbis partibus quaeri, rarum est), aut an trans aequa-

forem polo arctico constanter adhaereat, et si quae sunt hujusmodi: illas ut mittas, aut libros saltem indices, obnixissime rogo. Totus in hac materiâ versor, si forte certi quid constitui possit. Quamvis *me terrent Batavi, qui in latino exemplari, fol. 15. a, eodem die in duabas insulis, admodum propinquis* invicem, compererunt pyxidulae variationem prorsus diversam. Id si est, et si probe a ferro caverunt, aut a magnetis insulanis (quod suspicari quis possit), sequeretur, nullam esse constantem declinationem. Quamvis etiam sic effugere possim: *Constat, physicam parallaxin esse in illis regionibus maximam, adeo ut Sol visus sit illis supra horizontem, cum adhuc 5 gradibus infra esset.* Ergo si Sole valde humili ex antemeridianâ et pomeridianâ altitudine, ut fieri solet, lineam meridianam quaesiverunt, et vapores orientales inaequales fuerunt occidentalibus, *falsam* [korr. aus falsos?] *lineam meridianam constitutam* esse, necesse est. Multa occurrunt in illo libro, ex quibus patet, quamvis essent astronomi, physicâ tamen parallaxi saepissime fuisse delusos. Ex illis tamen 2 observationibus, — *quod sc: declinaverit magnes in Gronlandia 16°, in Zembla 26°,* — et *expressa distantia 200* [1d.] *milliarium inter locum utrumque, expressa item altitudine poli 80°, 76°;* sequitur distantia **p. 367.** *magnetici poli a polo mundi 6½°, et primus meridianus sponte Azoribus appropinquat.* Ego vero somniavi de 23½ gradibus in superioribus literis, si bene memini. Sane *Mercator alium insulis capitis viridis, alium corvi insulae designat polum magnetis, illic* 16½°, *hic 13°, quorum tamen locorum meridiani vix uno gradu distant.* Omnino arte opus est in meridianâ quaerendâ. *Observavi et ego — Graetii — declinationem magnetis* a verissimâ lineâ meridianâ, sed lingula valde brevis fuit. *Et videor infra 6° gradus deprehendisse. Id consentit cum distantiâ polorum* 6½. Optarim, ut Monachii fieret observatio artificiosa et subtilis cum acubus longioribus [1d.] diversorum magnetum. Est vicina Noriberga. Mihi neque acus est longa [K.], neque — magnes — praeter



unum effectum [sic?]. Et fiat Observatio per aquam. Nam lingula in aequilibrio facile haeret. Vas quadratum exacte, CBFG [1d.], accommodetur ad FG [1d.] meridianam, aqua impleatur, in id lingula bene directa et longa satis stipulae aut plumae imposita [sic]. Vasis bina opposita latera supra ad labrum rectis [parallelis] aequidistantibus in partes quotlibet aequales dividantur. Inde ubi navicula acus quieverit, regula AD [1d.] vasis labro imponatur cum inclinatione ea, quae est acus natantis; id oculis facile [efficitur] judicatur. Sed cavendum, ut acus natet aquae parallela, non alicubi depressa. Inde numeratis partibus (abscissis utrinque), AB subtrahitur a DC, restat DE; et BC totidem est quot BF partium. Quare etiam AE. Sic triangulum AED dabit angulum declinationis.

Quod insulam corvi ex Hispanis nominasti, id adeo verum Hondio videtur, ut jam primum meridianum per illum locum traduxerit, sicque omnia loca 7 graduum adjectione in longitudine ditaverit. Itaque cum judicio ejus tabulae usurpandae. Sicque jam porro primus meridianus non amplius arbitrarius est, sed habet principium naturale.

De genesi Augusti. Primum non ideo Capricornum in [occasum] ortum [1d.] rejicio, ut imperium illi significari ex ortu possit: sed ideo, ut conciliem **f. 200. p. 368.** authores, et teneam illam communem de Capricorno traditionem. Itaque ratio tertia et quarta, quas [korr. aus quam] mihi opponis, nihil contra me faciunt. Non enim, si Capricornus in ortu, nequit significare imperium orbis; ideo Capricornus Augusto in ortu non fuit. Neque si universalia ex horoscopo alicujus nati non petuntur, ideo natus ille sub oriente Capricorno non fuit. Hoc saltem probant hae rationes, Capricornum in ortu non sufficere, ut ea Augusto praedicantur, quae praedicta ferunt. At id ipse quoque fassus sum. Ideoque dixi, opinari me, partem authores dicere pro toto, [Capr] ortum pro toto themate. Nam id [arguit] fieri solitum, arguit vox **ὡρόσκοπος** [sic], quae significat intuitum temporis natalitii, aut [talem] ejus [1d.] observatorem. At ab hac significatione deflexit ad [specia] particularem, ut horoscopus idem sit quod ortus; eo quod Chaldaei ex oriente signo **ὥραν** [sic] notaverint. Sed de signis tantae mutationis infra. Jam alias etiam tuas objectiones videamus. Reclamare dicis exemplaria. Id valide me quassat; praecipue quia latina dictio EXortum [sic] propter praepositionem ex in occasum incuria scribarum nequiit facile deflecti. Illa enim altera conjectura sane parum à demon-

1357 „Jodocus Hondius tabulas uniuersales edidit." N. H.

stratione logicâ abit, quod Nigidius ex mora Octavii de puerperio uxoris in curia certior factus est, idque interdiu et mane factum esse, dictu necessarium est. Itaque quid dicam nescio. Sol certe aut in ♋ aut in ♌ fuit, planeta nullus in ♑, nisi forte Luna. Quare Capricornus nobis in occasum conjicietur. Id autem si fiat, cur tunc homo *sidere Capricorno natus* esse dicatur, plane nescio, nec quemquam novi astrologum, qui themati nomen ab occasu imponat. Quod igitur in re desperata fieri solet, ut nihil tam vile sit, quod in auxilium non adscisca- **p. 369.** tur: id in praesentia mihi quoque liceat. Duos omnino novi authores, qui *natum* sub Capricorno dicunt Augustum: Suetonium et Manilium. Si plures habes, mone. Suetonius Augustum non vidit, Manilius libros illi dedicavit. Quid, si uterque suae traditionis documentum unicum hoc *ex* [korr. aus in] nummis illis genethliacis ceperit? Hoc jam sumamus: non aliunde potuisse disci thema Augusti, quam ex nummis. At, qui sensus nummorum est? Num dicunt natum sub Capricorno Augustum? Non opinor. Tu ipse quoque alium sensum suspicaris; de quo postea. Jam patere, me meo judicio frui. Ego suspicor, quaestionis thema nummo insculptum fuisse, et postea a Suetonio et Manilio ad nativitatem traductum. Scio, quam infirma haec sit et violenta suspicio, sed tu exemplo mihi praeis. Solebant mathematici ad horam quaestionis erigere [K.] thema caeli, idque conferre cum themate natalitio. Quid si Augustus ipse alterum pro altero arripuit? At, inquis, *thema suum Augustus vulgavit*, quare non vel ipse errare [potuit], vel alii ignorare hoc thema potuerunt. Contra ego quaero, quibus verbis vulgaverit thema suum? Non est credibile, justum libellum Theogenis in exemplaria distractum, et sic publicatum esse. Sed, si bene quid conjicio, haec ipsa verba: ORIGINE AUGUSTI IMPERII PRINCIPIUM [sic] sunt illa vulgatio thematis; aut dic mihi aliam rationem vulgationis hujus. Haec si non satisfaciunt, plura nequeo comminisci. Mihi sane non satisfaciunt. Ruminanda sunt tamen aliqua ex superioribus literis de locis Manilii.

Versum de Virgine non recte intelleximus. Nam de Rhodo sonat: *Tuque domus vere Solis, cui tota sacrata es, cum caperes lumen magni sub* **f. 201. p. 370.** *Caesare mundi.* O *Rhodos*, inquit poeta, *tu sub Virgine es*. Jamque excurrit in laudem insulae. Tu hospitium es principis, qui orbem recturus est. Vere tu quidem domus Solis es, et si quondam Soli ex parte [K.] dicata eras, plane [jam] et tota illi sacrata es tunc, quando *post* Augustum alterum magni mundi solem hospitio excepisti.

Alius locus est, in quem Scaliger commentatur, significari eo Augustum sub libra natum; et in testimonium adducit fragmentum ex veteri poeta: Et libram, quam Caesar habet. De hac commentatione [K.] mea haec est sententia. Manilius lib. 4., cum distribuit regiones inter signa, Italiam Librae accenset. Argumentum: 1. poeticum, ab imagine pictae librae; libra justitiae instrumentum, et Italia justitiae ministra. 2. Astronomicum ejusdem sensus. 3. 4. Astrologica: Roma sub Libra condita (intellige, oriente Libra, ut excludatur Scaligeri objectio); et conditores, Romulus et Remus, sub Libra geniti. Haec fundamenti loco dixi. Quando ergo tribus retro foliis (in capite, quid quaelibet signa largiantur in ortu nascentis fulgentia) de Libra affirmat, quod [faciat] conferat vitae necisque potestatem, faciat imponere jugum terris, rogare leges, urbes et regna natum tremere, nutuque unius regi, et conciliare caeli jura post terras; id partim ex iisdem [fundamentis] argumentis [Id.] affirmatur, quae modo recensita sunt, partim ideo, quia jam dictum, Italiam sub Libram collatam esse. Italia vero in omnes provincias antiquitus mittebat, qui jus dicerent, provincias proconsules regerent, et decedentes de provincia templa merebantur, quod jam Cicerone puero in usu erat. Quid ergo opus est, ut dicamus, haec in adulationem Augusti dici, cum aliae causae suppetant, nec author idoneus affirmet, Augustum sub libra natum. [Sed] At vetus ille poeta a Sca- **p. 371.** ligero productus hoc affirmat? Primum id ideo fortasse affirmat, quia Urbem et Italiam et imperium Caesar habet, habet igitur et Libram, eorum [Id.] signum. Deinde, si minus hoc placet, ponamus, Caesarem dictatorem ab illo poeta innui. Alluserit itaque Manilius in controverso loco ad Caesarem, modo dictator intelligatur, qui quidem jam caeli jura tenebat, nondum vero Augustus.


Hactenus de genesi Augusti philologice, jam astrologica pauca. Putas, eclipsin anno Chri. 38. propositam fuisse Theogeni, non genesin Augusti. Eclipsin quidem jam in tui [korr. aus tuum] gratiam examinabo; caeterum aliud de judiciis illis judico. Nigidius natum orbi terrarum dominum nullius respectu eclipseos, sed ex hora nativitatis cognita, rebusque, quae tum gerebantur, pronunciavit. Theogenes juveni admodum et etiamnum privato — longe ante eclipsin anni 38. ante Chr. — imperium est pollicitus, sic tamen, ut respiceret familiam et tempora. Jam tum enim dictator vicerat. Et alias astrologi non ex solo ortu, nec ex eclipsi personis singulis imperia praedicunt (ad Respubl. quidem eclipses accommodari verum est), sed ex δορυφορίᾳ Solis, et situ ejus in mundo. Nam si Sol fausto satel-

litio et forti sit circumdatus, et ipse cum sattellitio in angulo, id monarcham denotat. At Augusto Sol Jovem, optimam stellam, habebat pro satellite ante, ♀ ☿ ☽ post; et ♃ erat fortissimus in ⚹ ♄ et in angulo (sive occidentis, sive orientis) praecise; et Sol etiam in angulo eodem. Ergo Augusto imperium praedicendum [K.] erat ex illo a me investigato themate regulis astrologicis veteribus. Sane mores, superstitio, bonitas, libidines, ingenium, sapientia, omnia sapiunt Jovem in angulo ortus vel occasus praecise. Nihilque [K.] deest huic a me investigato themati, sive matutinum sive vespertinum sumamus, quam **f. 202. p. 372.** quod Cancer, in quo est Sol et ejus satelles, est signum faemininum. Nam Ptolemaeus, lib. 4., capite de honoribus, ad monarchae genesin (qualis certe aut Augustus fuit, aut nemo praeterea) signa quoque Solis et Lunae satellitiorumque masculina esse postulat. Caeterum memineris, me haec ita scribere, uti tu quaeris. Non enim quaeris significationes, ex quibus *ego*, sed ex quibus *veteres astrologi* Augusto praedicere potuerint imperium. Me enim si roges, non plus ego differentiae signorum causâ sexus tribuo, quam distributioni dominiorum inter planetas. Vicissim quoque, etsi nihil deest huic genesi ad summum fastigium: non tamen censeo, ita certe [korr. aus certo] Augusto imperium praedici potuisse, ut errari non potuerit. Multa enim interveniunt ex sublunaribus (ut de Deo jam non dicam). At, hercle, nisi a dictatore fuisset adoptatus etc., excellere fortasse praecipuâ in Rep. authoritate — causâ nativitatis — potuisset, Urbis et orbis dominus esse non potuisset.

De oriente gradu hominis aliud non occurrit, quam ille Cardani aphorismus, quod is, cui *septima domus patriae urbis in ortu versatur, ibi male pereat.* Et vicissim, *cui idem cum patria sit ortus, is plurimum possit totius urbis.* Tradunt et aliqua de stellis verticalibus. Sed omnia generalia sunt et incertae fidei. Si qua alia sunt, illa nescio. Immanis est voluminum astrologicorum modus, quorum pleraque nugacibus nituntur fundamentis, ut patet ex Schonero, Garcaeo, Leovitio, Junctino, qui compendia scripserunt, et optima excerpsisse videri volunt. Quae dum perpendo, idem facio in astrologicis, quod supra Ursum in astronomiâ facere sum suspicatus. Sunt enim mihi alia quoque studia, et jucundiora et magis necessa- **p. 373.** ria. Itaque turpe mihi non esse censeo, quaedam astrologorum axiomata, quae propositae quaestioni servire possent, ignorare.

Eclipsin tumultuaria opera sub manus sumpsi, cum nuntiaret mihi tabellarius, se altero die abiturum. Itaque de paucis aliquot

scrupulis non contendo. Sic autem inveni. Tempus ocularis conjunctionis [K.] horis 3°.M.15′30″ [sic] ante meridiem, aequato tempore, et ad horizontem Romanum reducto. Latitudo ocularis in elevatione 41° erat [id.] 2′ 0″ australis. Digiti 11⅓. Cum itaque consentiamus quam proxime, non est, ut alteruter de operationis suae fide dubitet. Reliquum thema sic habet.



Etsi tibi assentiri non possum, Lucanum de hac configuratione loqui, non si omnia verba conciliaveris: tamen, ita me Deus amet, horribilis est configuratio et meis, et [rejectis] veterum principiis, quae rejicio. Eclipsis in domo inimicitiarum, sub maleficorum dispositione, qui junguntur, ne quid desit malitiae; et sunt in angulo totius thematis potentissimi, Saturnus in domo sua; *Jupiter, quamvis in domo sua,* retrogradus tamen et cadens ab angulo, et hostili radio luminaria intuens, in summa debilis; Mercurius quoque retrogradus. Sola Venus salva. Nec nihil Augustum sane attinet. Nam: 22, ♑, ♋ sunt illi proprii, cum Solem habuerit in 22 ♋. Jam hic Jupiter stabulatur, et in ejus opposito eclipsis. Caetera ad Lucanum accommoda, ut lubet. Quid imbelles [sic] hos humeros contrariis fatigas laboribus? Egone, ut tecum collucter, aut me **f. 203. p. 374.** vivido tuo judicio inermem offeram? Et astrologum esse vetas, et posse esse postulas; ac, quantum intelligo, plura cognovisti astrologorum praecepta, quam unquam ego cognoscere aut potero aut voluero. Quid graviorum studiorum socii tibi dicent, si jura colens, populos regens, principis negocia tractans parergis astrologicis ipsa fere professione astrologum ad desperationem (vera loquor et seria) adigis? Ignosce ergo tenui et corpusculo et judicio, Vir vere magnifice [korr. aus magnificus] et

1508 ssq. „Horoscopus 19° ♒." N. H. Die in der Figur punktirten Linien sind von Herwart mit rother Tinte eingezeichnet.

1514 „Imo Jouis domus diurna est ♐, et nocturna ♓. Sed ♋, in quo uersatur, est eius altitudo". N. H.

magnanime [korr. aus magnanimus], si hac in parte multisque aliis ad postulata tua pleno passu nequeam accurrere. Quid enim? Tibi ego evellam ex animo conceptam opinionem, aut fluctuantem corroborem? Qui, quo plura molior, hoc magis meam ipse inopiam lectionum vix tandem agnosco, ut non stulte optaverim, tantum temporis in legendis authoribus collocare posse, quantum mihi in maerorem inutilem meaeque imperitiae accusationem impenditur. Mea omnis spes in lingua mihi (ut ait ille comicus), hoc est in speculatione non semper utili posita est. Quod si in praesentiâ quoque tantum te [scri] legendo, quantum me scribendo fatigavero, fraena mihi proximis literis pone, ne excurram. Vale, Vir magnifice, meaque tibi studia porro quoque commendata habe. 30. Maji anno 1599.

Magnif. et Nobil. tuae

deditissimus
M. Johan Kepler
Styriae Ordinum mathematicus.

Epistola III.

S. P. D.

f. 204. p. 376. Ad IV. Nonas Augusti accepi literas tuas, magnifice Vir, cum sarcinulâ. Respondebo igitur ad id primum [1 d.] quorsum me praecipue ducit cupiditas mea. — 1. De ortu et occasu Solis in septentrionali frigidâ. — Judicium de ortu Solis in *Zembla (quae vox Slavica terram significat)* misisti, de cujus authore mea haec est sententia, ipsum judicii dexteritate et imaginationis varietate tibi simillimum esse. Caeterum ab ipso dissentio manifeste. Nititur enim hac persuasione, deceptos esse Batavos observatione diversorum fastorum. Quicunque fuerint, Gregorianos fastos observarunt.

1554 Die Adresse steht auf der anderen Hälfte des letzten Folioblattes; dasselbe ist beim Binden gefaltet worden, so dass der grösste Theil der Adresse zwischen p. 365 und 366 eingebunden ist. Sie ist gleich der des ersten Briefes.

1559 Kepler schrieb „*Sclavica*“.

1563 „Nouum Calendarium eos obseruasse.“ N H.

Anni 94. tertius Julii dicitur dies dominicus. Id sic est in Gregoriano Calendario, in Juliano dies ☿. Anni 97. 16. Februarii dicitur dies Bacchanaliorum. Id recte secundum Gregorium, minime in Juliano. Plura testimonia reperiri puto.

Causa autem hujus phaenomeni meo judicio haec est. Si fuisset inter Belgas literatus aliquis, qui ex professo dedisset operam astronomiae (nautae enim astronomiam tantum solent ad usum traducere, praeterea de nulla re solliciti), non fuisset admiratus; praesertim si ex schola Wernheri, Tychonis, Maestlini, atque etiam Plinii prodiisset. *Nihil enim crebrius est, etiam in Germania, quam Solem antevertere justum ortus momentum.* Ipsa aëris densitas est instar aquae, in qua refringuntur radii visorii, ut, quod infra horizontem est, supra cernatur. *Augetur haec causa pro climatum diversitate.* Etenim norunt physici, *tenebris densari aërem,* luce Solis rarefieri. Quare, quo tempore et loco nox est diuturna, densissimum aërem esse oportet: ideoque et frigus intensissimum, quia materia idonea est impressioni frigoris. Si quaeris authorem hujus affirmati [K.], afferam animi gratia *Virgilium.* Quid enim illum fugit. Et *loquitur* quidem *ita de aëre ut de pulmento, de nocte ut de operculo, de diuturnitate noctis ut de diuturna coctione:*


Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
Semper, et obtentâ densantur nocte tenebrae.

p. 377. Tenebris, hoc est aëri tenebricoso, ait, obtendi noctem, eumque sub hoc operimento densari. Quibus positis haec sequuntur: primum, post illam trimestrem noctem, sole nunquam orto, densissimum esse aërem, et parallaxin maximam; at sub principium illius longae noctis non esse tantam [korr. aus tantum] densitatem, nec tantam parallaxin. Tertio, parallaxin paulatim variari et locum [verum] falsum [id.] in verum [K.] mutari. *Cumque Maestlinus testetur, se Tubingae animadvertisse parallaxin hanc physicam in lunâ mane* (noctem enim antecessisse, necesse est) *majorem 2 gradibus: nihil absurdi sequetur,* parallaxin hanc *in illo climate* (in quo testantur, immanes existere solere nebulas, quarum guttae, nescio quantum impleant vasculum) posse existere sub finem continuae noctis *circiter 5 graduum.* His praemissis exscribam ex meo libro, quae sparsim annotavi, ex quo patebit, ubi ego quoque a Batavorum astronomia dissentiam, et quomodo factum sit, ut Sol tam cito oreretur.

Anno 94. 1. Julii ex descriptione fundi videntur caput Candinos praetervecti.

3. Julii. Ex hac observatione esset declinatio magnetis a meridianâ circiter 31° gradus, quo arcu [korr. aus arca] superavit haec

praesens declinatio declinationem anguli Belgici, nisi fortasse Noribergensi compasso sint usi, quod vix credo. Caeterum in hac observatione luculentus error inest. Exprimitur altitudo poli, exprimitur distantia duorum verticalium in binis observationibus, exprimitur altitudo Solis observata utrinque aequalis, exprimitur dies, ideoque declinatio Solis. At haec in calculo se mutuo evertunt. Ponamus exempli gratia caetera omnia, quae ponunt Batavi, et quaeramus ex iis altitudinem poli. [Dicunt ergo] Esto CAKE meridianus. ABLF et AJD



verticales ultra citraque, A zenith, HDEFG horizon, HJKLG aequator, B Sol in una observatione, CBM circulus declinationis, C polus aequatoris. Dicunt ergo, DF fuisse $5\frac{1}{2}$ ventos, nempe partem $\frac{11}{64}$ de Horizonte: quae facit 60°56′. Cum ergo in utroque verticali Sol aeque altus fuerit, cadit igitur meridianus inter medios hosce, [estque] suntque [id.] DE, EF aequales, angulus nempe EAF = 30° 28′, — et complementum FAC = 149° 32′. — Ex observatione BF fuit 28° 30′; quare BA = 61° 30′. Est autem BM = 23° 2′, declinatio Solis ejus diei, er-
f. 205. p. 378. go BC complementum = 66° 58′. In triangulo igitur BAC dantur duo latera BA, BC et interjectus ABC; quaeritur CA, complementum altitudinis poli. Si ducatur perpendicularis BN, BNA rectus erit. NAB = 30° 28′, AB = 61° 30′. Quaeruntur latera.

Ut sinus totus ad sinum AB, sic sinus NAB ad sinum NB, 26° $27\frac{1}{2}$′.

Ut sinus totus ad sinum compl. NAB, sic faecundus BA ad faecundum NA, 57° $47\frac{1}{2}$′.

CNB rectus est, et cognita latera NB, BC; quaeritur NC. Ut sinus compl. NB ad sinum compl. CB, sic totus ad sinum complem. CN, quae [sic] est 64° 5′; deme NA 57° $48\frac{1}{2}$′, restat 6° $17\frac{1}{2}$′, nempe AC, compl. altitudinis poli. *Polus igitur 83° 42′. Batavi vero dixerunt, se sub altitudine 73 fuisse.* Ex quo vides, quantum in fluctuante et inconstante navi erraverint. Nec potest illis succurri parallaxi phy-

---

1605 „Error Batauorum.“ N. H.

sica. Nam illa facit, ut Sol nimis altus appareat, in hac vero observatione Sol pro tam exigua verticalium distantia est nimis humilis. Adde, quod circa altitudinem Solis 28½° jam fere tota parallaxis physica disparet, nec sensibile quid efficit.

Anno 1596. 10. Junii. Circumstantiae omnes et tabulae probant, illos a rectâ viâ ex [Hollandia] Trompsont [id.] in septentrionem versus occidentem deflexisse. Insulam enim Bernfort ex conjectura refero sub long. 48 Hondianam, lat. 74. Valde etiam loquuntur verisimiliter, regionem sub 80° alt. P. [sub] Groenlandiae adhaerere. Crediderim enim, vel propter solam declinationem magnetis, fuisse illos — sub alt. poli 80° — circa longit. 40 vel 42 Hondianam. Nam in praefatione affirmant, abesse illam a Zembla 200 fere milliaribus, itinere scilicet curvo.

4. Julii censeo illos infra Willhugbeam transisse. Die [2.] 3. Novembris correxi locum Solis, ex 11° 48′ ♏ faciens 10° 48′ ♏, ex 15° 24′ declinationem faciens 15° 4′. Error typi fortasse fuit in ephemeride Scalae, aut irrepsit nautae excerpenti, ex quo erroneam etiam declinationem computavit; non multum tamen erratum est, nec ad rei summam facit.

Illud autem tot observationibus Batavorum credo, fu- **p. 379.** isse *illos sub A. P. 76° graduum.* Multae enim observationes, ut apparet ex circumstantiis, satis accuratae sunt [factae], et consensu se tuentur. Ex hac itaque hypothesi physicam parallaxin probabo. Sic nempe.

Tertio Novembris ex parallelo loco horizonti viderunt non amplius quam summum Solis marginem.

Secundo Novembris viderunt Solem non totum. Esto, ut viderint dimidium, quod pono [korr. aus dono] propter calculum. Erat Sol Venetiis in 9° 57′ ♏. Differentia meridianorum [K.] in Hondio gr. 64°, horae 4¼, locus ergo Solis 9° 47′ ♏. Declinatio 14° 49′ [korr. aus 46] mer.: Hinc veniret altitudo poli 75° 11′ [korr. aus 14]. At est 76°. Differentia 49′ [korr. aus 46]. Vides Solem jam nocte ingruente tot minutis fuisse altiorem justo parallaxi physica. Nam disparet Sol astronomice sub alt. P. 76°, dum existit in 7° 24′ ♏, sc. die 30. 31. Oct.: Nox ingruens incepit crassum facere aërem. Vicissim astronomice debebat oriri Sol in 22°36′ ♒ die 11. 12. Feb.: At factum hoc die 25. 26. Janu.: Differentia dies 17. Differentia falsae altitudinis [a Sole] a vera [id.] gr. 4° 55′ [korr. aus 5° 55′]. *Sane et par est, post tam longam noctem crassiorem esse aërem, quam ingruente illâ.*

1658 „Josephi Scalae Ephemerides." N. H.

Quod si sub majori altitudine poli fuerunt quam 76°, quantum augetur altitudo poli, tantum augetur et haec physica parallaxis. Exempli gratia, fuerit A. P. 76°30′. Sol ergo justo altior apparuit initio noctis 1° 19′, fine 5° 25′. Debuisset enim occidere Sol in 5° 54′ ♏, oriri in 24° 6′ ♒. Hoc modo fiunt mihi verisimiliores Batavi. Nam ut fatear, *hoc quidem me nonnihil turbat, quod in principio totalis noctis, cum jam nox artificialis* [K.] *est 24 horarum, parallaxis haec non major* [sit] *fuit quam 49′*, quae tamen in his regionibus interdum est 2° gradus. Soleo tamen hoc me ipsum confirmare, quod cum penes nos tanta est parallaxis, aër eximie humidus esse debet, in quo humiditatis gradu si est aër Zemblensis, jam plane neque Sol neque stellae apparent. Ex quo colligitur, cum in Zembla Sol conspici potest, in caeteris regionibus id esse serenitatem purissimam. Quare haec physica Zemblensium parallaxis est omnium minima, at illa nostra omnium maxima.

f. 206. p. 380. In ea Veerii annotatione occurrunt etiam alii vitiosi numeri. Nam die 24. Januarii, in cujus meridie Sol Venetiis est in 4° 7′ ♒, et proinde in meridie Zemblae in 3° 55′ ♒, author ponit 5° 25′ ♒. Si scripsisset 5° 35′ ♒, credidissem transpositionem numerorum 5.35, 3.55. Sed ne hoc quidem facit aliquid ad rei summam.

Eodem loco gradum antiscium gradui 11° 48′ ♏ (vel potius 10° 48′ ♏) facit 16° 27′ ♒, qui tamen esse debet 19° 12′. Facile potuit everti character 9, et fieri 6. Nam nulla sat [certa] firma quidem conjectura est, errare hic nautas, cum non tentent mare sine Apiano comite. Nisi forte astrolabo [sic] sint hic usi [korr. aus usu], quod citra errorem in minimis fieri nequit.

Ibidem notatur *meridianus compassi* crassâ Minervâ, quam differentiam si conjiciamus in gradus, prodibunt *23°* circiter. Itaque quod alibi, nempe supra ad *21. Julii anni 96.*, annotant declinationem magnetis (ut ex Belgico idiomate transtulit [K.] Hulsius) s u p r a *2 6* g r a d u s, *et ad 5. Augusti f e r e 2 7* (ut ego lego) g r a d u s i n t e g r o s, confirmatur hic. Atque indidem cernitur, non novum esse in his exemplaribus, errari in characteribus numerorum. Tum etiam hinc refutatur Hulsii conjectura pro 26 legentis 16; imo vero infra pro 17 legendum est 27. Contra hic in indicatione meridiani compassici, quae tamen non admodum est exquisita, ad 23° pervenimus [korr. aus perveniamus]. Nam si non plures deprehendissent gradus quam 16° et 17°, non fecissent differentiam compassi majorem uno rhombo; at faciunt 2 rhombos differentiam. *Nam 16 vel 17 gr. faciunt* $1\frac{1}{2}$ *rhombos* [quae medietas et digna erat animadversione et facilis]; at 26° vel 27°

sunt $2\frac{2}{5}$, fractio minor medietate fuit ab illis neglecta in hac indicatione. Et supra quidem, ad 3. Julii anni 94., produnt differentiam $2\frac{2}{3}$, summa graduum 31° circiter. Posteriores vero observationes et in continenti habitae debent prioribus derogare.

p. 381. Denique ibidem, si Hondium sequor, errarunt in observatione conjunctionis Lunae cum Jove circiter horam, quod in nautis et eorum instrumentis non debemus mirari.


Quae supra dixi de parallaxi physica, confirmantur ad 19. Febr. Proditur altitudo Solis maxima graduum 3. Ex quo facile apparet, aërem densatum antea diuturnitate noctis jam appropinquante Sole quasi liquatum, extenuatum et rarefactum fuisse, ut non amplius tantam efficere potuerit parallaxin quam antea. Nam *crescere debuisset Solis altitudo a 24. Januarii ad 19. Februarii per gradus circiter octo. Crevit autem ad aspectum tantum per gradus 3°.* Erat Sol in 0° 13′ ♓. Decl. 11° 24′. Summa 14° 24′. Debebant esse tantum 14°. Adhuc ergo justo altior est Sol per 24′. At die 24. Jan. per 5° fere gradus altior justo fuerat. Adhuc ergo durat parallaxis physica, sed minuitur vehementer. Disputant Batavi hic subtiliter de dimidio Solis corpore addendo ad salvandam hanc differentiam. Quasi vero instrumenta nautarum tantae sint subtilitatis, aut quasi ea esset ratio radii Solaris, ut citra cognitionem optices discerni possit [K.] inter ejus supremam et inferiorem partem.

Illud ultimo non praeteribo, ut omnes meas annotationes describam, ad 23. Augusti fluctuare authoris fidem. Nam anno 96. verno tempore emi Stuccardiae Mercatoris mappam Septentrionis, in qua reperi nomen promontorio positum *(Confort)* [sic]. Quomodo igitur anno 97. mense Augusto demum id nomen obtinuit? Quamvis in latino exemplari id non reperiam. Miror sane et hic et alibi discrepantiam exemplaris germanici a latino.

— 2. *De magnetis declinatione.* — Transeo ad cognatam quaestionem de magnetis declinatione. Utcumque Belgae crassâ Minervâ observaverint eam, in ea me tamen opinione confirmant, non majorem esse inter polos arcum quam $6\frac{1}{2}$, idque contra Mercatorem. Confirmant et speculationem meam, quam quotidie magis magisque amplector, vim magnetis esse ex eo rerum genere, **f. 207. p. 382.** ex quo est et gravitas partium terrenarum, sic ut sit huic illa subordinata. Gravitas tuetur corpus, vis magnetica tuetur figuram et dispositionem ejus. Magnes est pars terrae perfecta, retinens proprietatem originaliter partibus terrae tributam. *Punctum, quorsum spectat magnes, fuit*

1746 „*Confort*“ ist zweimal roth unterstrichen.

in principio mundi polus Terrae. Ex eo tempore transivit polus Terrae a situ primaevo per $6\frac{1}{2}$ *gradus a freto* A n i a n *versus Azores in linea* [K.] *circuli maximi. Confirmat hoc Antonius Maria, qui dicit, inde a Ptolemaeo ad nos usque polum nobis appropinquasse per* $1^{\circ}10'$, quod deprehendit constanter in plurimis locis Italiae et in Gadibus. *Adde et Obeliscum Plinii.* Si dixisset Maria [K.], discedere a nobis polum [K.] per tantum spacium, contrarium dixisset meae ex magnete captae conjecturae; sed quia dicit, accedere polum Italiae, mecum est. Nam ductus maximus ad rectos meridiano Azorum retinet Italiam in medietate Azorum. *Convenit et quantitas. Nam si 1072 anni faciunt gradum; ergo 5600 anni faciunt gradus* $5\frac{1}{5}^{\circ}$ *circiter.* Ego vero dico, gradus $6\frac{1}{2}$ interesse inter polos. Ratio patebit ex schemate. Esto AB meridianus



Azorum, CD meridianus Italiae, C polus hodiernus, DE meridianus Italiae originalis et magneticus. E polus originalis sive magnetis. [Auferatur. Fiat] Fiat CB aequalis alteri CD, ut B et D sint loca ejusdem hodie altitudinis. Et connectantur B, D. Cum ergo in triangulo BCD aequicruro sint aequales anguli CBD, CDB; major est igitur angulus EDB, quam EBD. Majus itaque latus BE, majori angulo subtensum, quam ED. Et sic in locis duobus, quorum alter est in meridiano Azorum, alter in meridiano Italiae, datur aequalis quidem hodierni [K.] poli distantia, inaequalis vero et minor distantia poli antiqui ab Italia quam ab Azoribus. Demantur aequalia BC et DC, sive DF ab inaequalibus BC, DE; restabunt inaequalia: CE, differentia polorum sub meridiano Azorum, major quam EF, differentia polorum in Italia. M a r i a exprimit EF, ex computatione ad annos 5600, graduum $5\frac{1}{5}$; ego exprimo CE, ex magnetis declinatione, graduum $6\frac{1}{2}$. Sic qualitas **p. 383.** horum arcuum proba est et consentiens, major scilicet, qui debet esse major. De quantitate vero praecisa non litigo, cum hic nec Maria nec ego certi omnino simus.

— 3. *De harmonia mundi.* — Addo nunc et aliud non minus jucundum θεώρημα, quod interea, dum nuncius it, redit, inveni: idque ideo, ut testem habeam meorum laborum et promotorem, si forte vitâ decedam ante tempus, quod quidem his praesertim morbis epidemicis et ancipitibus nemo non proponere sibi debet. Id tale est.

Ne quid de Pythagorae philosophiâ decederet Copernico, animum adjeci et ad harmoniam mundi. Eam talem inveni, ut, si daretur aër

in caelo, certissime sit futurus [K.] concentus. Nam motus planetarum causâ vigoris sui habent eam proportionem, quam debent habere vel fides, vel res [K.] quaecunque concentum facientes. Concentus enim in voces sequitur non propter naturam aëris, non propter naturam vocis aut motus, sed propter id, quod est in motu et in multis rebus commune, nempe propter λόγους perfectos numerorum, qui oriuntur a σωματοποιήσει mathematica. Nam qui λόγος est inter figuras, angulos lineas etc. in corpus aliquod congruentes, idem est etiam [K.] perfectis simus et pulcherrimus. Ita ne voces quidem Deus sine γεωμετρίᾳ in mundum introduxit. Quaecunque res ergo, quocunque nomine participat λόγοις perfectis, eo ipso perfectionem et pulchritudinem aliquam sui generis nanciscitur, seu sensilis illa sit, seu intellectualis. *Est igitur,* ut dixi, *inter celeritatem sex orbium (dum consideratur motus in aequali spacio, causâ inaequalis temporis) concentus quidam* [K.] *intellectualis*: quo non minori delectatione fruuntur creaturae mere rationales, et ex parte Deus ipse, quam homo auribus haurit concentus musicos. *Illae vero Pythagoraeorum προφάσεις de obtuso auditu hominis non videntur ab Aristotele sincere referri.* In numeris causa celeritatis sic sunt [K.] ad invicem planetae: ♄ 3, ♃ 4, ♂ 8, ♁ 10, ♀ 12, ☿ 16, qui numeri in musica talem faciunt concentum:



Oportet autem intelligere, numeros hos exprimere celeritatem fidium, quae conciliatur illis per commodam aptationem longitudinis, si sint aequaliter tensae. Illa longitudo his exprimetur numeris:

	☿	♀	♁	♂	♃	♄
	3	4	$4\frac{4}{5}$	6	12	16
vel:	15	20	24	30	60	80.

f. 208. p. 384. Hac speculatione corrigitur partim, partim perficitur caput 20. mei libelli. Non enim (quod ibi dubie affirmaveram(praecisissime sic se habet vigor et celeritas motus ad celeritatem alterius ut ambitus ad ambitum, distantia ad distantiam; sed sunt huic rei sua peculiaria principia, quae modo explicavi. Nam inter ♄ et ♃ est harmonia διὰ τεσσάρων vel proportio ἐπίτριτος, quia — mediocris harmonia mediocri distantiae orbium competit, et quia — gignitur illa proportio a cubi angulo solido. Sic enim sunt tres plani in solido cubi ad circulum totum ut 3 ad 4. Inter ♄ et ♃ autem est cubus, ut demonstravi in meo libello. At inter ♀ ☿ est corpus aeque altum, sc. octaedron. Est igitur et inter horum planetarum motus eadem proportio ἐπίτριτος et harmonia διὰ τεσσάρων, etsi alias proportio quatuor planorum in angulo solido octaedri ad circulum [2d.] constituat aliam proportionem, sc. ἡμιόλιον. Non erat

enim magis ad cognationem corporum cum λόγοις respiciendum, quam ad aptitudinem λόγων ad intervalla orbium et ad id, ut omnium orbium esset imperturbatus concentus.

Sic inter ♃ ♂ est **διὰ πασῶν**, proportio **διπλῆ**. Nam oritur haec ex tetraedri (quidem inter ♃ ♂) tribus in solido planis angulis, qui praecise implent semicirculum. Et alias intervallo maximo competebat λόγος perfectorum maximus. Non est autem major quam 2 ad 1. Nam 3 ad 1 refertur ad 3 ad 2 etc. Sic inter ♂ ♁ est logos [sic], qui oritur [K.] ex quinquangulo in dodecaedro, quod corpus inter ♂ ♁ interest. Et decebat, ubi minima est distantia orbium [id.], minimam esse proportionem. Minor autem distantia orbium non est, quam inter ♂ ♁ et inter ♁ ♀. Quare hic sunt aptatae duae minimae proportiones 4 ad 5, et 6 ad 5 inter ♁ ♀, ut omnia concinerent. Nam si bis immediate adhiberetur [$\frac{5}{4}$] $\frac{4}{5}$, ex geminatione existeret dissonantia ♂ a ♀. Harmonia enim **διὰ πέντε** dividitur in **διὰ τριῶν** duram et **διὰ τριῶν** mollem; non in duas duras vel molles. *Hae sunt igitur a priori rationes. A posteriori sic [illas] probo hoc theorema,* quia hac ratione eliciuntur numeri proximi Copernicanis, longe nempe propiores, quam cap. 20. libelli mei ex falso supposito. **p. 385.** Periculum quilibet facere potest in hunc modum. Mercurius in virtute, quae notatur numero 4, conficit iter suum 88 diebus. Venus in virtute, quae notatur numero 3, conficit iter suum, quod notetur numero 1000, diebus $224\frac{2}{3}$, haec enim sunt periodica tempora nota omnibus; quaeritur, quantum sit iter ☿ in partibus, qualium iter ♀ est 1000.

Regula quinque. — Nota, hic assumo: ut iter ad iter, ut ambitus ad ambitum, sic diameter ad diametrum. —

3	$224\frac{2}{3}$	1000	4	88	3520
	3			4	674
	674	·		352	3370 | 5
					150 | 0
Facit: 522, media Mercurii distantia.					134 8 | 2
In Copernico media [K.] Mercurii distantia est					15 2 | 0
500; capite 20. libelli mei prodierat 563.					13 4 8 | 2
5	♁ $365\frac{1}{4}$	1000	6	♀ $224\frac{2}{3}$	134800 | 0
	5			6	$1826\frac{1}{4}$
	$1826\frac{1}{4}$			1348	$12783\frac{3}{4}$ | 7
					6962 | 5
					5478 $\frac{3}{4}$ | 3
Facit ♀ 738; in Cop. 719; in libell. 763.					1483 0 | 0 | 8

1864 ssq. Ich habe diese Rechnungen so hergesetzt, wie Kepler sie schrieb.

Caeteros brevitatis causa praetereo. Habeo jam per haec inventa medias distantias, habeo et intervalla vacua. Habeo igitur et crassitudines orbium, sed sic tamquam avem sub everso modio. *Jam expecto solum Tychonem,* qui mihi dicat qualitates et dispositiones circulorum in ipsis orbibus, et varietatem motuum particularium. Hinc spero me olim, Deo vitam dante, egregia extructurum.

— *4. De directione clavichordii demonstrabili.* — Illud etiam, quod huic loco cognatum est, didicissem vel quaesivissem ex Orlando, si viveret, rectene tendatur clavichordium in hunc modum.

Primum certissimae sunt hae voces, ut $\frac{1}{2}$ de G edat vocem g, et $\frac{2}{3}$ de G vocem d, et $\frac{3}{4}$ de G vocem c, et $\frac{4}{5}$ de G vocem b♮, et $\frac{5}{6}$ de G vocem b, — et $\frac{5}{8}$ de G vocem [D♯] d♯, [et $\frac{3}{5}$ d] et $\frac{3}{5}$ de G vocem [E] e. — In his vocibus certae sunt demonstrationes. Jam vero in caeteris: G♯, a, c♯, f, f♯, est varietas, et consulendae aures artificum. Mihi sic videtur: $\frac{2}{3}$ de d dare vocem a, $\frac{4}{5}$ de d vocem **f. 209. p. 386.** f♯, sic $\frac{3}{4}$ de c vocem f, et denique $\frac{5}{6}$ de b vocem c♯, ut sit inter b, c♯ tertia mollis: quo dato existet aliqua differentia inter transpositas cantiones ex f in c, item ex [K.] d in g, ex e in a [$\overline{4}$d], et exercitatus organista posset solo aurium judicio de clavi judicare, vel nunquam aliâs audito illo Organo. Videor olim Stuccardiae aliquid hujusmodi inaudiisse de duodecim Italorum tonis et de geminatione quarundam atrarum clavium.

— *5. De causis harmoniarum musicalium.* — Et quia te attigit tamen disputatio mea *de aspectibus,* addam etiam hic aliqua. Verti me instar Prothei in mille formas, *primum, ut hunc ipsum numerum septenarium harmoniarum musicalium ex geometria demonstrarem; deinde, ut vel in tui gratiam causam aspectuum a causa harmoniarum sejungerem,* manerentque astronomiae non plures aspectus, quam sunt usitati. Utrumque teneo, sed sic ut lupum auribus, aut, quod supra dixi, ut avem sub modio. De primo prius.

Dixi supra, quod verum est, concentum nihil aliud esse, quam certum λόγον motus ad motum, unde voces efficiuntur. Porro λόγων in mathe̥si infinities infiniti sunt, λόγων *musicalium aures indicant non plures septem:* $\frac{1.1}{2}, \frac{1.2}{3}, \frac{1.3}{4}, \frac{1.4}{5}, \frac{1.5}{6}, \frac{2.3}{5}, \frac{3.5}{8}$. *Quomodo demonstrabimus, hos prae caeteris eximium quid in geometria habere?* Nam ex arithmetica hic nihil desumi potest, cum quicquid aptitudinis est in numeris, id ex geometria et rebus numeratis fluat. Causam igitur oportet exaequari effectui, et pro finito λόγων numero assumere finitum genus quantitatum.

[1909]) **„Numerus 7 harmoniarum musicalium."** N. H.

In lineis nulla finitio est. Inter superficies infinitam quandam finitatem constituit circulus et regularitas inscriptilium [sic] circulo. Quare si quaelibet ex regularibus figuris faceret **λόγον** musicum, infiniti **λόγοι** essent. Si addam hanc conditionem, ut latera sint demonstrabilia, demonstrari potest **p. 387.** et quindecangulum et trigintangulum etc. Sin dicam, illas tantum figuras eligendas, quarum latera primo et per se demonstrentur, ut △, □, ⬡, tum decangulum quinquangulo praeferetur, quia prius habetur in demonstratione, quinquangulum vero per hoc. Aut si praecisius urgeam hoc, ut sit inter quadrata lateris et diametri circularis **λόγος ῥητός**, jam non tantum decangulum, sed etiam quinquangulum rejecero, utpote cuius **ἄρρητος** est **λόγος** lateris quadrati ad quadratum diametri. Musica vero proportionem $\frac{4}{5}$ amplectitur. Quamvis hoc quidem verum est, hanc esse finitionem earum figurarum, ex quarum **λόγοις** oriuntur perfectae harmoniae, si inter hos censeatur etiam tertia mollis.

Nam **λόγοι** perfecti sunt inter circulum totum et arcum latere talis figurae subtensum. *Ut circulus figura est perfectissima, pro* [Id] *cujus latere* [korr. aus latus] *haberi potest diameter*, quae subtendit semicirculum, hic ad totum est ut 1 ad 2. Hic ergo logos [sic] omnium simplicissimus, et quodammodo identicus. Nam quadratum diametri aequatur quadrato diametri (ut non sine causa sim **ταυτολόγος**). Quare huic est harmonia **διὰ πασῶν** quodammodo identica, ut, sicut diameter est linea, non figura rectilinea, sic in **διὰ πασῶν** sit quaedam tenuitas consonantiae non admodum gratae auribus.

Quadratum lateris sexangularis est quarta pars de quadrato diametri, subtendit vero hoc latus $\frac{1}{6}$ vel $\frac{5}{6}$ circuli; hic [K.] igitur perfectus est **λόγος**, sed quia minimus, tenuem etiam facit consonantiam, tertiam mollem.

Quadratum lateris triangularis est ad quadratum diametri ut 3 ad 4, [**λογιτὸν** sc. et] **ῥητὸν** scilicet, et subtendit $\frac{1}{3}$ vel $\frac{2}{3}$ circuli; hic ergo **λόγος** perfectus perfectam gignit harmoniam, **διὰ πέντε**

Quadratum denique lateris quadrangularis est dimidium de quadrato diametri, et subtendit $\frac{3}{4}$ vel $\frac{1}{4}$ circuli; hic ergo **λόγος** perfectus perfectam gignit harmoniam, **διὰ τεσσάρων**.

Cum ergo in hoc quantitatum genere reperiantur causae perfectarum [quantitatum] harmoniarum: vehementer laboravi, ut etiam reliquarum trium imperfectarum harmoniarum causas ex cognato aliquo quantitatum ge- **f. 210. p. 388.** nere — invenirem. — Et successit

---


1933 „1. **διὰ πασῶν.**" N. H.

quidem in duabus proportionibus: $\frac{1.4}{5}$, $\frac{2.3}{5}$. Nam etsi quadratum lateris in quinquangulo regulari aut in pede bufonis ☆ non est pars ῥητή de quadrato diametri; tamen juncta haec duo [korr. aus junctae hae duae] [potentiae] quadrata sic se habent ad quadratum diametri, ut 5 ad 4. Quare cum latus quinquanguli subtendat $\frac{1}{5}$ vel $\frac{4}{5}$ circuli, latus vero bufonium $\frac{2}{5}$ vel $\frac{3}{5}$: ideo hae proportiones secundo loco pro imperfectis admittuntur, ex quibus etiam gignuntur harmoniae imperfectae *διὰ τριῶν* et *δι' ἕξ* durae. At in ultimo *λόγῳ* musico $\frac{3.5}{8}$ destituit me haec ratio. Nam quadratum lateris in hac figura ✡ neque per se, neque cum ullo alio, quod ego quidem sciam, ita se habet ad quadratum diametri, ut numerus ad numerum. Hic velim mihi subveniri ab excellente aliquo geometra, qui indicet, quae in re *λογικωτέρῃ* sit haec circuli subtensa, quam quaevis alia in figuris regularibus. Nam adhuc quidem in his versor angustiis, ut sit contra sensum aurium aut haec ultima harmonia *δι' ἕξ* mollis [3d.] ex musica ejicienda, aut aequali jure plurimae aliae admittendae.

Proposui mihi plerosque omnes [sic] meos in hac contentione conatus perscribere, quia videor aliqua geometriae mysteria scitu non injucunda tangere.

Cum igitur hâc non plene succederet, deserui hunc *ὅρον τῶν λογοποιητικῶν σχημάτων*, quamvis valde verisimilem, et alium constitui in hunc modum, ut omnia ex ordine plana regularia faciant *λόγους ἁρμονικούς*, usquedum tres trium similium anguli superent quatuor rectos: quamvis non satis appareat, cur hoc potissimum spectet natura in constituendis *λόγοις*. Hoc modo remanerent nobis: diameter, △, □, ⬠, ⬡; et sic sexangula figura terminus est, quia ejus tres anguli aequant 4 rectos. Admittentur autem etiam ☆, ✡, et sic omnes proportiones. Et rursum in causa eadem appareret quorundam praerogativa, quae in effectu. Nam sex anguli trianguli, quatuor quadrati, tres sexanguli, et duo semicirculi aequant quatuor rectos. Verum duo et hic **p. 389.** desiderantur. Primum admitterentur ☆, # inter perfectos, nam decem anguli ☆ et octo # aequant etiam 4 rectos. Deinde quo jure admittuntur hae duae figurae, admittentur etiam plurimae aliae, ut ductus per $\frac{2}{7}$ vel $\frac{3}{7}$ circuli, donec redeatur ad idem initium; sic ductus per $\frac{3}{10}$ circuli, per $\frac{5}{12}$ circuli. Quod si quis limitet haec, ideo admitti $\frac{2}{5}$, quia habeat cognationem cum $\frac{1}{5}$, ideo $\frac{3}{8}$, quia cognata sit cum $\frac{1}{4}$: is excludet quidem eas delineationes in circulo, quarum nomen est numerus primus, ut $\frac{2.3.4.5}{7}$, at


1975 „ὅρον", wahrscheinlich; bei dieser und einigen folgenden Seiten ist so nahe an den Rand geschrieben, dass die Schrift stellenweise abgewetzt ist.




Zu S. 65 des 3. Briefes.

Lith. Farsky Prag


In verkleinertem Maassstabe; ähnlich, theilweise gleich den Figuren in „Harmonice mundi" (O.O.V. 118).



$\frac{3}{10}$ = intersectus decagonus.



Forma trianguli vel sexanguli locum implentis.



Forma quadranguli locum implentis.

relinquet $\frac{3}{10}$, quae [K.] habet cognationem cum $\frac{1}{5}$, et sic alias.

